


7200



GEMMA

In Eyrrihy annulo
Aurea Libertatis Juventuti

OLIMPIA

Literatis Ingenijs in Konarsciano Athenaeo

Pro laurea decertantibus

PROPOSITA

Quo anno

Est DeVS IngressVS CVrsVM reLeVare

saLVILs

Na łarebe starego.

Nie wie, co jest bol zębów, na prz stary łareba.
Wiemy, to w gębce nie ma i jednego zęba.

7.

Nie stawiana.

Nogo mi utracili Płanice mili,
Sby ze mnie kolejno, nie stawiając pili,
Oddam im wet, ta kiego zażyczył sposobu,
Nie maż ni jednego, oni nie będą mieć obu.

8.

Do jednej bez zębów.

Nie mądra! Noto! ma to maia zębów,
Pracie wyglada sz codzien Diewo zębów,
Bedali; vera niech przed niek nie kładą,
Bo jeżeli twarzą, z twą się wyda sz wada.

Proloquium

Gemmas extra Piscariam, proponunt fontes ~~in~~ ⁱⁿ ~~mag-~~
nis, plus aurò quia Tharbo domestico fulgurantibus, Vel
hoc rariores quod n̄ communi omnium parenti, natura,
Sed ingenijs Poëtarum conceptum debent. Liguantur hæc
in gemmas toties, quoties sudant memoriæ posterorum
pretiosorem tagò latex pigerius, despumat tempesta-
tem gemmis, non uni regno Cleopatra preferendis intume-
scit (adeò credite Vatum nobilissimi) ferax opum et scientia
Apollinea, ut quidquid in regnis splendidum, in urbibus pre-
tiosum eminet! suis concludas in thesauris. has ego gem-
mas aureæ libertatis iuventuti, ut suo Antonio Geopatrū
propino: regnum bibet scientiæ si pretium carum inve-
stigaverit, gemmas gemmis addet, si applicationem ap-
plicatione accumulaverit. In Olympijs præibo viam, tu
non cespita Iuventus major Polona ad omnia summa nata,
iter laureatum est, frondes protendit certantibus in ge-
nibus flectendas ad coronam. Passus quilibet gemmas pa-
riet sæculorum valore astimandas. Jamq; carpe viam.

Opus hoc duabus constabit partibus, quarum prima
eloquentiæ ligatæ, genus et speciem. secunda faciliora
præcepta suavis soluta, futuro oratori explanabit.

Pars prima

Eloquentiæ ligatæ.

Caput I^mum

De natura et fine Poëseos et materia

... *Lucilius* docet à Phœbeis ante Græcos; Ovidius ab ipso Deo juxta illud: Est Deus in nobis agitante calescimus illo. Hac quo ad vocem provenit, a verbo Græco *Poin*, Latine idem significante quod facere et fingere.

Unde Poesis à faciendo et fingendo sortita nomen, idem est quod factio et fictio, quo ad rem variè à varijs describitur.

R. P. Sarbiewski Regni nostri laureatus Vates sic eam definiit: est ars quæ dicendo imitatur versu res, juxta ea quæ possunt vel debent esse. Dicitur Poesis ars per quæ convenit cum alijs artibus. Dicitur item, quæ dicendo imitatur, quia per hoc differt ab omni arte mechanica; nam artifices dum res imitantur, non dicendo id faciunt sed faciendo. Dicitur tandem imitatur versu res etc: ad differentiam ab alijs artibus liberalibus, scilicet Rethorica Grammatica etc: quæ dicunt quidem, sed non imitantur dicendo res prout sunt aut esse possunt clarius, ceteris **P. Jacobus Masenius**, naturam Poeseos sic descripsit: est facultas quæ oratione metrica, rem quamlibet versimiliter et accommodatè ad delectationem atq; utilitatem audientium exponit.

per has voces oratione metrica innuitur ad artem Pœtica, necessarium esse metrum. verè rem quamlibet intelligerem omnem honestam, quæ fidem Poesas (quæ fidem est prodesse simul ac delectare) non destruat. Unde tam Divina quam humana omnia esse possunt. Materia

Poeseos. verisimiliter dicitur ideo, quod veritas Historica
in Poetarum naratione non requiratur, sed liceat Poeta ex suo inge-
nio, rerum circumstantias, appositè ad verisimilitudinem effingere,
ut illustriori imagine, rem oculis subijciat, dicitur accomodate ad
delectationem atq; utilitatem audientium exponi, quia hic est
Scopus et finis Poeseos, ut cum delectatione monere, aut instruere
possit auditorem, per appositam rem exponendarum ima-
ginem, vivis quemadmodò artis cujus coloribus expressam.
Ab hoc scopo aberrant, qui delectationem inhonestam, in suis
Poeticis operibus sectantur ex dictis: Inferes primo, tria
in Poeta absoluto, potissimum requiri, primo metrum seu
versum. Secundo, elocutionem minime vulgarem, tertio,
fictionem. Unde non omnis qui versus scribit est Poeta;
versificator enim et Poeta non idem sunt secum, nam
versificator est, qui structura metrica sine fictione et imitati-
one naturæ, aliquid describit Poeta vero est, qui scribit carmen cū
imitatione naturæ, seu qui scriptione carminis, ficta verèq;
narrationis imitatur naturam. Inferes secundo scopum
seu finem Poeseos esse non alium, nisi prodesse simul ac
delectare, attestante
aut prodesse volunt aut
aut delectare Poeta

Caput 2dum

De carmine ejusq; universali divisione

§ Amus

De definitione carminis

Carmen, quo ad vocem, Græcis, Epos Latinis carmen
quasi carimen dicitur à canendo quia carmina cani

solent, secundo metrum dicitur id est: mensura, syllabis enim vel pedibus solemus metiri carmina. Itio versus dicitur componitur Carmen vertuntur voces. Quo ad rem carmen est omnino certo genere atq; ordine pedum alligata, dicitur certo numero, et ordine pedum alligata, quia carmen certum numerum et ordinem pedum exigit, ut carmen Hexametrum alium numerum et pedum ordinem habet, et aliud carmen Saphicum etc.

§ 2^{us}

De universa divisione carminis

Divisio carminis sumitur à denominatione carminum. Denominantur vero variè carmina, et primo, à materia quæ illis describitur: Heroicum quo, Heroium facta describuntur, ut Aneis dicitur ab Anea Herois descriptio facta. Georgicum ab agricolarum operibus. Bucolicum à pastorilla arte, Satyricum quo, mores hominum prestringuntur. Elegiacum quo, tristes eventus rerum describuntur. Virg quo, mala alicui imprecamur. Epithalamicum quo, nuptia, Epicedium quo, funus, Genethiacum quo, natales alicuius celebrantur. Epitaphium quod lapidi sepulchri solet incidi.

Tragedia quo, eventus explorandi exprimentur. Comedia, quo, lotti eventus scribuntur. Charisticum quo, reditum gratulamur.

Eucharisticum quo, gratias agimus etc.

Secundo, denominantur carmina à numero syllabarum et sic Heptasyllabum, id est undecem syllabarum, ut est carmen Saphicum et Phaleucium, Hebdayllabum id est septem syllabarum, ut sunt quaedam Colonica, Pentasyllabum, id est quinque syllabarum, ut est carmen Apollonium.

Itio denominantur carmina à completo numero pedum, et syllabarum ab additione pedis vel syllabæ, à detractone pedis vel syllabæ. Accatalectum, cui nihil deest nihil superest in fine. Catalectum, cui in fine deest una syllaba. Hypertatalectum, cui supra pedes propria superest in fine una syllaba vel pes. Tale solet esse tertium in Odis Horatianis ut: Navorte circumdant Phalanges. Brachicatalectum, cui in fine totus pes deest.

Quarto denominantur carmina à numero et commutatione pedum

Hex:-

Hexametrum à sex metris id est pedibus, Pentametrum à quinq^{ue} 7.
metris seu pedibus. Spondaicum à spondeo loco Bacchi. Scarabotica
à spondeo ultimo loco Iambi, et penultimo Iambo.

Quinto. denominantur carmina à scansione latinorum, dicta Monopodia id est per unum pedem, et Græcorum scansione dicta Dipodia, id est per duos pedes, nam Monometrum. Græcis dicitur unius pedis, Latinis duorum pedum. Trimetrum. Græcis trium pedum, Latinis sex pedum. Dimetrum græcis duorum pedum, latinis quatuor pedum. Tetrametrum. græcis quatuor pedum, latinis octo.

Sexto. denominantur carmina, à numero versuum, Monostichon unum Carmen. Distichon duo carmina.

Septimo. denominantur carmina à diversis generibus carminum, Monastichon. unius generis ut sunt pœmata. Dichon. duorum generum carmina, ut Elegia, Trichon trium generum, Tetrachon id est quatuor generum ut sunt Oda aliqua.

Octavo. denominantur carmina à reversione, ad primi generis Carmen. Monostrophon. est quando post unum fit reversio ad Carmen ejusdem generis. Distrophon. dum post duo carmina revertimur ad idem genus carminis. Tristrophon dum post tria carmina. Tetrastrophon. cum post quatuor carmina fit reversio ad primum genus carminis.

Nono. denominantur carmina à varijs figuris seu modis scribendi Serpentinum instar serpentis tortuosum, Cancrinum quod retro legitur.

Decimo. denominantur carmina à autoribus seu inventoribus. Alcaicum. à Alceo Poeta, Alcmaicum ab Alcmæne, Archilochium ab Archiloco, Alcepiadem ab Alcepiade Aristophanum

ab-

ab Anstophane, Adonium ab Adone. Dithyrambus id est bis Ianuam in gressibus; canebatur in honorem Bacchi, qui fingitur bis natus esse et Urae Secundo. denominantur carmina a frequentioribus pedibus. Iambicum a Iambo frequentiori: Trochaicum a Trocho seu Choreo. Anapesticum ab Anapæsto pede frequentiori. Dactylicum a Dactylo pede frequentiori. Ex his denominationibus continentur quatuor genera carminum nempe Iambicum, Trochaicum Anapesticum et Dactylicum; ad illa omnia alia genera carminum revocantur; quorum ea tantum Subjicere quae in frequentiori sunt usu Poëtarum, currentis Seculi sit itq;

3^o Stius

Primum genus carminum,

Iambicum. proprio, quoniam Iambicum carmen scandi solet more Graecorum vel per dipodiam, id est per duos pedes, in unum compositos ideo carmen Iambicum, aliud est monometrum, aliud dimetrum, aliud Trimetrum, aliud Tetrametrum. et

Primo. Iambicum ratione Iambi frequentioris, monometrum, id est unius pedis, ratione dipodiae mensura. Hypercatalectum ratione abundantis syllabae in fine. Aristophanicum, ratione Aristophanis Poëtae inventoris, his pedibus constat:

$$\begin{array}{c|c|c|c} \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \end{array} \quad \text{u} \quad \text{u} \quad \text{u}$$

Secundo. Iambicum ratione Iambi frequentioris. Dimetrum ratione duorum pedum per dipodiam scansionem. Archilocheum ratione Archilochi inventoris. Acatalectum, eo quod in fine nulla illi desit et nulla supersit syllaba. tali carmine solent scribi Hymni Ecclesiastici pedes illius sunt:

$$\begin{array}{c|c|c|c|c} \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \end{array} \quad \text{u} \quad \text{u} \quad \text{u} \quad \text{u}$$

Qua tu creasti pectora
Fons vivus ignis charitas

9
Tercio. Iambicum ratione Iambi frequentioris. Dimetrum. id est du-
onum pedum, ratione dipodii Scansionis. Anacreonticum. ratione
Anacreontis Poetae inventoris. Catalectum ratione unius Syllabae
deficientis in fine. tali carmine conscriptum est Somnium vitae
numera pedes istius carminis. Sequentes sunt:

| u = | v - | v - | v - | vgr:

Hunc fluctuant arista
anu carente cepum
Gedros trucidat Eurus
pontes timent
hostile Mars aratrum

Quarto. Iambicum. ratione Iambi frequentioris. Dime-
trum. id est duonum pedum ratione dipodii. Scansionis Archilo-
chium. ratione Archilochi Poetae inventoris. Hypercatalectu
ratione. Syllaba in fine. superabundantis, hoc carmen, solet
poni tertio loco in Oda Romaniana pedes illius sunt:

v = | v - | v - | v - | vgr:

Cultus divinae Parentis

Quinto. Iambicum ratione Iambi frequentioris. Archilochium.
ratione Archilochi Poetae inventoris. Senarium. Latinis id
est sex pedum, ratione monopodii Scansionis. Trimetrum.
Graecis, id est trium pedum, ratione dipodii Scansionis.
Purum. id est solidum constans Iambis. pedes sequentes:

v - | v - | v - | v - | v - | vgr:

Cruore bella fluctuant manus ruunt

Sexto. Iambicum, Archilochium, Senarium, Trimetrum, ob
eandem rationem sicut ut immediate diximus. dicitur non parum
ex eo, quod Iambis alij pedes. hoc carmine scribi solent
Trommata, Tragediae pedes istius carminis sunt:

$\begin{array}{|c|c|c|c|c|} \hline \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \hline \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \hline \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \hline \end{array}$

Arma gerit Hector Hectoris fervet manus
 Septimo. Pezonticum Carmen Spondei, sexto loco poni soliti;
 alias idem est quod Senarium Jambicum non purum, nisi
 quod penultimo loco Jambum Sexto vero Spondeum habeat. tali
 Carmine Scribi solent Epigrammata. pedes illius sunt:

$\begin{array}{|c|c|c|c|c|} \hline \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \hline \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \hline \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} & \text{u} \\ \hline \end{array}$

Ipsaeque naves carbasis volant currunt
 Octavo. Jambicum Tetrametrum, id est pedum. Catalectum
 id est, cui nulla in fine deest, et nulla superest Syllaba. Jambo
 ferè ultimo reliquis promiscue etiam Amphibracho, et Amphim
 macto admixtis. Catalecticum cui Syllaba una deest et, ponde
 um in fine, tollerat. Brachycatalectum Septem s; cum octavo
 deficiat. Inavult Jambum in fine, carmen hoc comicis est
 usitatum de quo plura. L. Masenius

Quartus

Secundum genus carminum, Trochaicum
 Proteroto. Trochaicum Carmen dicitur à pede Trochaeo id est
 Choreo frequentiori, idem carmen, quia scandi per Dipodiam,
 etiam solet appellari Trochaicum ratione pedis Trochaei; Sa
 phicum ratione inventoris constat pedibus quinq; sequentibus.

$\text{u} \text{ } | \text{ } \text{u} \text{ } | \text{ } \text{u} \text{ } | \text{ } \text{u} \text{ } | \text{ } \text{u} \text{ } |$

Laurus annorum tibi signet ovum
 Secundo Trochaicum, ratione pedis frequentioris. Phale
 utium à Phaleco inventore. Hendecasyllabum à numero
 Syllabarum. Constat pedibus istis:

$\text{u} \text{ } | \text{ } \text{u} \text{ } | \text{ } \text{u} \text{ } | \text{ } \text{u} \text{ } | \text{ } \text{u} \text{ } |$

Terrarum Dea gentiumq; Roma

Adverte hoc carmen paucis mutatis transferri potest in
Saphicum unde in Saphico sic diceret: *Pomatermarum* Sea gen- 11
tiung.

Tertio. Archilochium, Trochaicum, Heptametrum, Hypercata-
lectum si est purum continet pedes istos:

$- \text{v} | - \text{v} | - \text{v} | - \text{v} | - \text{v} | - \text{v} | - \text{v}$ vgr.

Eccē Caesar nunc triumphat qui subegit Gallos
Si autem impurum est potest insuper admittere istos pedes:

$\text{v} \text{v} | \text{v} \text{v} | \text{v} \text{v} | \text{v} \text{v} | \text{v} \text{v} | \text{v} \text{v} | \text{v} \text{v}$

Carmen hoc post quartum pedem finire desiderat, ideo induos versus in
Hymnis solet ~~vgr~~ et vocatur Sythyrambus

Quarto. Archilochium Trochaicum pentametrum, cum caesura in
medio. constat pedibus istis:

$-- | \text{v} | - | - \text{v} | - \text{v} | - \text{v}$ vgr.

Vulcanus ardens urit officinas
Popitur hoc carmen, post Archilochium Dactylicum ut est apud
Horatium.

Quinto. Chorijambicum Alcasicum Pentametrum habet se-
quentes:

$| - - | - \text{v} \text{v} | - \text{v} \text{v} | - \text{v} \text{v} | - \text{v} \text{v}$ vgr.

Felix quio dubio forte caput supposuit Iovi
Sexto. Ionicum ē minore le Saphicum Trimetrum constat pedibus
tribus:

$\text{v} \text{v} - - | \text{v} \text{v} - - | \text{v} \text{v} - - |$ vgr.

Age picti moderatrix Dea mundi
His adiungitur Ionicum Tetrametrum constat pedibus istis:

$\text{v} \text{v} - - | \text{v} \text{v} - - | \text{v} \text{v} - - | \text{v} \text{v} - - |$ vgr.

Age claras famulantum quate pennas aquilonum
Septimo. Aristophanicum Chorijambicum Constat pedibus duobus:

$- \text{v} \text{v} | - \text{v} - - |$ vgr.

Mosca tu inuas

Idem carmen aliter metiri potest ut sic:

-vv|-v|---| vgr:

Liora dux per omnes

Octavo. Choriambyum Tetrametrum. Constat pedibus quatuor.

-vv|-vv|-vv|-v---| vgr:

Doerit Campum patiens pulveris atq; solis

Nota hoc Carmen, semper subsequi Carmen Aristophanicum

Nono. Trochaicum Dimetrum Acatalectum constat pedibus quatuor:

-v|=v|-v|-v| vgr:

Surge Musa nuptiales
amulata voce plausus
quare flores carpe frondes
Carminumq; mille fata
remiges fatigat alas.

Hoc carmine scribi solent Dithyrambi, quibus quinque positis,
Solet subijci Trochaicum Tetrametrum tale:

Vere pulchro cinge pulchro rore sparge tempora
S Fus

Tertium genus Carminum, Dactylicum
Ad genus carminis Dactylis, refert primo carmen Hea
metram, Sexametrum sic dictum a pedibus quibus constat
Sex:

| -vv|-vv|-vv|-vv|-vv|-v| vgr:

Semper honos nomenq; tuum faudesq; manebunt.

Hoc carmen si quinto loco Spondeum habet Spondaicum
ab illo appellatur quo vel rei gravitas, vel amplitudo vel
maior exprimitur.

Secundo. Elegiacum, quod scribitur duobus carminum generibus, Hexametro scilicet et Pentametro, Hexametrum diximus quibus constat pedibus Pentametrum sequentes habet:

| - u u | - u u | - | - u u | - u u | u | ugr:

Et quod tam pulchre splenduit umbra fuit
Hoc carmen alio modo metiri potest si primo loco habeat:

| - u u | - u u | - - | u u | - u u | -

Tertio. Scliconicum carmen a Slicone inventum constat tribus pedibus:

Tandem Regia nobilis

Quarto. Asclepiadeum carmen constat pedibus quatuor et Casura in medio, pedes illius sunt:

| - - | - u u | - | - u u | - u u | ugr:

Macenas atavis edite regibus
Hoc carmen alio modo metiri potest, si primo loco habeat:

| - - | - u u | - u u | u u | ugr:

Quinto. Alchaicum vulgo Horatianum, quod Horatius maxime, eo usus est quod nihil solet et constat pedibus quatuor et in medio casura longa, pedes illius sunt:

| u = | u - | - | u u | - u u | ugr:

Florentis avi limine vidimus
Sexto. Adonium carmen quod solet subjici tribus Saphicas de quibus supra, constat pedibus duobus:

| - u u | = u | ugr:
Crescit in annos

14 Septimo. Archilochium, Dactylicum Heptametrum
Constat septem pedibus sequentibus:

$\text{--uu} \text{ | } \text{--u} \text{ | } \text{--} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{--u} \text{ | } \text{--u} \text{ | } \text{--u} \text{ | } \text{vgr:}$

Pallida mors equo pulsat pede pauperum tabernas
Octavo. Alcmanicum Heroicum constat sex pedibus, pure
vel permixtum Dactylis, et hoc differt ab Hexametro,
quod sexto loco possit habere Dactylum vel etiam Spondeum
pedes illius sunt:

$\text{--uu} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{vgr}$

Laudabunt alij claram Rhodon aut Mythylenem
Vei sic potest disponi. Lausabant alij Mythylenem claram vel
Rhodon.

Nono. Pindaricum carmen, quod solet poni quartum in
Trofae ad Horatianam, constat pedibus quatuor:

$\text{--uu} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{--} \text{ | } \text{--u} \text{ | } \text{vgr:}$

Decimo. Archilochium Dimetrum, Hypercatalectum
Constat pedibus duobus et caesura.

$\text{--uu} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{--} \text{ | } \text{vgr:}$

Autoniusq. sub antro comae
Undecimo Pherecraticum carmen, constat pedibus tribus:

$\text{--} \text{ | } \text{--u} \text{ | } \text{--} \text{ | } \text{vgr:}$

Grato Pyrrha. sub antro
Duodecimo. Dactylicum Alcmanicum Tetrametrum constat
pedibus quatuor.

$\text{--uu} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{--uu} \text{ | } \text{--} \text{ | } \text{vgr:}$

Est calcanda semel via latii
Nota ad Anapesticum genus carminis revocari unquam
speciem versus Anapestici seu Aristophanici seu

26 Usus fuerit. modi quidem carminis scribendi multi
sunt, ego pluribus omnibus faciliores tantum, Subjicio
quare sit.

Primus modus scribendi carminis, si Substantivum:
quod vis dilatate ponatur in genitivo casu, et aliud
illi competens, et connectionem habens, cum illo addetur,
in eo casu quem constructio postulabit v.g. Caelum, hoc nomen
Caelum ponatur in genitivo casu, illi addatur illi substanti-
vum aliud v.g. lumina, et erit finis carminis lumina, illi
huic utriq. Substantivo, addatur aptum adjectivum, v.g. consp-
icio, et versus erit dispositio bene vocibus.

Granoia, fulgentis conspicio lumina Caeli.
Secundus modus, ex Substantivo fac adjectivum, cui
synonymicum adde Substantivum sic, v.g. ex hoc Substan-
tivo Caelum fac adjectivum Caelestis, huic adjectivo adde
Substantivum aptum et conveniens v.g. lux, deinde per pri-
mum modum amplifica, scilicet per quotiescumq. addendo
huic Substantivo Subar, adjectivum v.g. nobile^s adde ver-
bum cerno, et carmen consurget.

Caelestis Lucis nobile cerno Subar

Si vero ex adjectivo vis carmen scribere, forma ex
adjectivo Substantivum, cui novum adde adjectivum
Sic ex hoc v.g. adjectivo virtuosus, forma Substantivum
virtus cui substantivo adde aliud Substantivum, et utriq.
adjectivum cum verbo v.g. vertes preclatus vel con-
spicuis corascat pulchra virtute, et bene his dictionibq.

Compositis secum carmen erit.

Conspicuus vertex pulchra virtute coruscat.

Si autem verbum dabitur tibi pro carmine, ex verbo fiat substantivum et dilatetur per modos de substantivo datos, sic haec vocem, luceo, verte in substantivum lux, adde substantivum. v.g. fulgor, verbum v.g. spargit, unum ex illis substantivis pone pro casu verbi v.g. fulgorem lucis spargit sol, additisq; adjectivis, carmen sequens erit.

Fulgorem rutilus spargit sol lucis amantum

Secundo. verbum potest mutari in suum participium sic v.g. hac locutio, sol ardet, ponatur sol ardens, cui adatur affectus ardentis solis, eritq; sensus locutionis, sol ardens astra calore inflamat et adiecto adjectivo, carmen veniet v.g. tale.

Ardens purpureo, flammant sol astra calore.

Tertius modus, expressurus simplicem materiam, carmine, quare tale verbum quod constructur cum accusativo casu, cum autem illud sit personale, habebit nominativum, adde casui nominativo, et casui accusativo epithetum, si autem aliqua intrare nequeant hucusq; illa verte et muta, quousq; ratione non reperiens. Item si casus nominativus et accusativus non intraverit, adhibeantur synonymia verba, sed apta, et connectionem habentia cum illis, pro quibus ponuntur, sic v.g. expecturus hanc materiam: Mars signa explicat militaria. et tubae canunt bellum. quoniam habes jam verbum personale cum nominativo et accusativo casu, adde huic nominativo

Mars adjectivum v.g. impavidus, loco hujus nominativi Mars pone synonymicum v.g. gradivus, jam vero loco hujus

Homin.

Adjectivi militaria, pone bellantia, et jam quo ad numerum pedum compone carmen, quod habebis vg: tale.

Explicat impavidus bellantia signa gradivus

Pariter carmen pentametrum facturis ex hoc sensu:

Tuba canunt bellum ad hoc substantivum bellum, adde huic

adjectivum vg: triste, loco tuba, pone ara, cum addito adjectivo vg: ferrea, et habebis carmen pentametrum vg: arag certamen ferrea triste canunt.

Adde quod loco nominativi si non intraverit in carmen potest ponere vocativus per allocutionem se per figuram apostrophe.

ad complementum hujus modi tene quod additis adjectivis casu

nominativo et accusativo si tibi adhuc defuerit syllaba aut pes

adde adverbium materia aptum et non intrusum vg: hanc materiam Petrus flet carmine exprimes

libertim liquidos petri dant lumina fletus

Si vero una syllaba desideratur vide utrum aliquod verbum

vel nomen simplex non possit fieri compositum per additam ad

unam syllabam servientem materia vg: si non intraverit verbum

simplex in hac materia venti verberant mare fac compositum

diverberant et mutatis nominibus substantivis carmen eveniet:

Horridus aequoreas diverberat ablus undas

Pariter si non intraverit simplex nomen, pone nomen compositum,

vg: ex hac voce dives fac compositum perdives

Si autem desiderat syllaba propter elisionem obstantem,

mutandus est aut numerus aut sexus vg: Sol cumpeas inivisit lu-

mine terras, ubi Europeas ponitur pro numero singulari Europe-

am terram; propter quem numerum singularem, non pote-

rat esse carmen integrum, quia elideretur à sequenti litera.¹⁹

Quod si supererit una syllaba, et erit nomen aut verbum compositum, tunc verbum aut nomen simplex, adjectivum, particula ex qua componitur, nomen aut verbum. potest poni figura

id est una pars orationis pro alia vg: pro vita, vivere
pro non nullus

Adde item, si non intraverit vox, exprimens rem affirmative, ponatur illi contraria cum adjectivum, negatione vg: si non intraverit primus, ponatur non ultimus si non intraverit bonus ponatur non ultimus

Quartus modus per definitiones querendo quid sit res illa, quam volo describere, hac autem definitio potest sumi, vel ex eruditione, vel ex proprietate rei, vel ex similitudine, si scilicet defines vg: Caelum est patria Sanctorum, Regia Solis, domus tonantis, ad has definitiones, additis adjectivis et verbo, versus erit:

Patria Sanctorum Caelum est domus alta tonantis

Quintus modus, ab enumeratione partium: hoc est loco dictionis dilatanda pone partes illius quas habet, vel habere potest, per fictionem addito verbo et adjectivis, sic Caeli partes sunt: Sol, Luna, Stellae etc: carmen erit:

Tam nitidum Solem, lunam, Tam Sydera Cerno

Sextus modus per Comparisonem, praefereudo rem una

20 Alteri vel postponendo, ut audax audatior leonæ timidus,
timidior leppre, hæc autem Comparatio aliter inverti potest: si
ex comparativo fiet Substantivum; sic pro victore diceres robo-
re vincens vel æquans leones carmen erit:

Robore, marmaricos æquans Superansq leones

Ultimus, isq principalissimus Compendiorum Carminum

Omnis generis, iste potest esse: primo pro unoquoq generis
Carminis, dicce memoriter aliquod vetusta carmina Classico-
rum Poëtarum, Secundo quoties vis fingere fragmentum carminis

Vel componere carmen alicujus generis, commemora tibi clas-
sicorum Poëtarum carmina et imitare. ita: pro dictionibus

Classici Poëta pone dictiones eandem quantitatem Syllabarum
Continentes, sicq uno labore satisfacies quantitati Syllabarum

numero legitimorum pedum, et venustati carminis, res pateat
in exemplo, Poëta ex hac materia: Poloni jacent ferè

perempti Compositurus carmen eg: Jambycum Dimetrum
Alcatalectum, commera tibi Carmin ejusdem generis illud:

Veni creator Spiritus et sic muta: primo pro veni Jambycum
Pedem continente pone dictionem similem quantitate Sylla-

barum et pede eg: jacent Secundo pro dictione creator,
Bachium continente pone dictionem similem perempti

tertio pro dictione Spiritus pone dictionem similem Sarma-
ta et Carmin simile Carmini Classici Poëta habebis:

Jacent perempti Sarmata

Hic est modus universalis et facilis, uno labore quantitatis Syl-²¹
labarum, pedibus legitimis et venustati satisfaciens.

Caput 4^{um}

De observandis in compositione carminis

§ Imus

Quae observanda in carmine Latino

Compositurus carmen Hexametrum vel Pentametrum. Nota
Primo illud censi elegans metrum, quod Verbo, duobus Sub-
stantivis, et duobus adjectivis constat; illud vero venustius, quod
ad initium verbum, et duo adjectiva, in fine vero Substantiva
habet v.g. illud Iarbiemij:

Excubat in

Et niveus roseo regnat in ore pudor

Nota secundò insulsum carmen redditur Hexametrum, si in
fine quadrisyllaba aut monosyllaba, vox ponatur, ut est illud
Virgilij: vertitur terea saevum, et ruit oceanus naev. Item ca-
vetandum est, ne in versu Hexametro ante Spondeum in fine,
dictio dysyllaba ponatur v.g. multi quoque bellant vel plures
male vident.

Nota tertio insulsum carmen reddit, si in fine ponatur elisio
v.g. arma acuebant; Item absque caesuris componatur hoc est,
non ligatis secum dictionibus v.g. illud: Aerea scribis, car-
mine Iuli maxime vatium. Item ne continuis componatur

22. Spondeis sed permistim cum Dactylis. Item ne adverbis im-
pertinentibus, aut conjunctionibus, impleatur.

Nota quinto in epigrammate, elegia, non debere Sensum trahere ad
tertium Carmen. Sed semper debet claudi in secundo carmine
in Epigramate vero prolixius Sensus trahitur ex uno carmine in
aliud, tum propter gravitatem carminis, tum propter exigentiam
descriptionum, ut inferius patebit.

Nota sexto in odis quae Horatiano carmine scribantur, ad
Secundam Stropham sensus trahi laudabile est v.g:

Iussum et senacem propositi virum
Non civium ardor prava iubentium
Non vultus instantis Tyranni
Mente quatit solida neq. Auster
Lux in quieti turbidus Adria.

Illud vero est Carmen Horatianum elegans quod à dictione tri-
syllaba vel disyllaba incipit ut:

Frenate vestro, sidera flammeos
Phaëbo caballos.

Nota 7mo. In carmine Saphico cum strophâ sensus eleganter clau-
ditur ut in illo Horatij.

Integer vite scelerisq. purus
Non eget mauri saculis nec arcu
Nec venenatis gravida sagittis
Fusce furetra

In quo carmine illud observandum est ut Adonium Versus non²³
sit per modum appendicis nec seorsim. novum incipiat sensum,
sed inceptum prosequatur, sparius et elegantius carmen Saphicum
illud est quod statim post secundum pedem habet caesuram.
Secundo si carmen Saphicum, à monosyllaba voce incipiat et
dissyllaba post illam ponatur, v.g.:

I pedes quo te rapiunt. et tura

Non indecorum item est carmen Adonium si ipsis substantivis con-
stet quorum adjectiva in precedentibus ponantur carminibus.

Nota 5^o. Iambicum illud est praestans quod in fine dissyllabu
recipit vel trissyllabum pedem cum elisione primae Syllabae, ut illud.

Auroq. tale fullus et cercum affectis

Anapesticum illud laudatur cujus pedes singuli singulis
constant dictionibus v.g.:

Tertia misit buccina signum

Nota 6^o. Epitheta debere cum substantivis transponi imo
illis anteponi ut illud est:

O qua stelligero rutilans sublimius aëa

Frena tenes fati

Nota 7^o. Non semper tam scrupulose ut in praenotatis di-
ximus componendum esse carmen, sed habenda est ratio figu-
rarum, Emphasis, necessitatis, rei exigentia, et licentia
Poëtica.

§ 2^{us}

De versu Polonico

Carmen Polonicum est oratio constans certo numero syllabarum, non Pedum, quia versus Polonicus pedibus non metitur, à numero ergo syllabarum diversas denominationes carmina Polonica, et primum aliud est carmen polonicum tribussylabum id est trium syllabarum aliud Quodussylabum, ut est de resurrectione mortuorum:

Kardec, ciato
Choc zbutwiato

Ha, Iod, Boży powstanie

Tertio Pentasyllabum id est quinque syllabarum. hoc carmen secundo vel tertio loco vel etiam nullo admittit caesuram, ut est illud Kochanowij:

Szlachetne, Zdmowie.

Jako smakujesz

Nikt się niedowie

Az się popsuiesz

Quarto, Hexasyllabum id est sex syllabarum caesura illius secundo vel tertio loco est: ut illud tritum:

Kipdy się chce Nieba

Robić na nie trzeba

Quinto Heptasyllabum id est septem syllabarum, caesura illius secundo vel tertio vel quarto loco ut illa Kochanowij:

Czesto oztowiek, chardzieie

Gdy musię dobrze dzieje

Sexto Octosyllabarum caesura illius quarto vel quinto loco ut illud.

Ja się nieumiem frasować

Co rade drugim zachować
Septimo carmen novem syllabarum, casuram habet quarto vel quinto ^{2.5}
loco, ut sunt:

Milczcie wszystkie świata, Syreny
Po was smutne nastała trędy

Octavo carmen decem syllabarum casuram habet quarto vel quinto
loco, sed communius quinto loco habet, ut illud Kochanowij:

Polakow dzieje, d'ugie się zdaly
Stugorza, sobie skrybę obraty

Nono carmen Hendecasyllabum id est undecem syllabarum,
casura illius semper quinto loco ut illa.:

Prawa są nasze, jako pajęczyzna,
Baż, się przewinie, a na, muche wina,

Decimo carmen decem syllabarum, casura illius sexto loco,
ut illud Kochanowij:

Wszystkie, płacze, wszystkie trzy Heraklitowe
Hauki y skarby Siminidesowe

Undecimo carmen tredecem syllabarum, casura illius semper
septimo loco, ut illud de, dicitur.:

Kto ma, złoto tego są prawa, y urzędy
Ten grzechny ten wymowny ten jest regent wszędy.

Nota, carmina, quatuordecem syllabarum esse in r'pimo usu,
Plurium syllabarum in usu nullo.

Compositum carmen est quod ad instar odarum latinarum
Horatij diversa genera habet in stropa, ejusmodi carmen et
multiplex.

26 Primum. hendecasyllaba. seu saphica. et quartum quasi An-
nium v.g.

Cóć dádźa tkane. zlotym pasmem tkane.
Cóc alakántem dádźa niestawiane
Cóc puch Zabenci y Páńskie pokoie
Gdy dźis nietwoie

Secundum, cum primo carmini, cadentia tertij carminis corre-
spondetur; secundo, cadentia quarti, ut:

Dni się dniami popychaia
Czas za czarem uchodzi
Starych pod kamin chowaia
A Karleia się młodzi

Posunt etiam cadentia mutari ita. ut primum et secundum
Carmen in cadentijs sibi correspondeat, item tertium et quar-
tum et quintum autem expedet cadentiam, quinti carminis
Sequentis, ut illa.

Nbiech kto za Garrone y Szwang zegluię
Nbiech k' krolestwo lilij piestczone smakuie

Tobie miasto Sorbony
Parnas Ruski wstawiony
za Europe y Dniepr stanię..

Na trudnym Helikonie. młode trawiać latę.
Bogatych się dobiat mądrości u soiata.

Zna cie Phab mierzotworny
Zna Gulliusz wyborny
w wymowie zez ich Kochanie.

27

Tertium. cuius prima. duo carmina sunt syllabarum
octo; ut sunt illa. in funere cuiusdam: alia duo syl-
barum undecem reliqua. itidem duo syllabarum octo:

Kto na Zwięzenta. zuchwały
Popchnąwszy ciężką Strzałę

bo Szybko pędząc do celu
Utopił grot w Sercu wielu

Quartum. Quando carmen tredecem syllabanum primum
concordat in cadentia. cum quarto etiam tredecem syllabanum duo
vero carmina. septem syllabanum concordant similiter in cadentia.
Secum. talia sunt in funere cuiusdam matris ad filios relictas:

Hic postednie. do Smutku. smutku wstoczy
wy parę niałe życie
Którym też dała. życie

Matka bo wrzewanym płaczem wazze. oschna. oczy
Quintum in quo omnia carmina. sunt totidem syllabarum,
sed in cadentia. concordat primum cum quarto, duo vero media
secum ut:

Life pojednemu przypadki nie chodzą.

Sibi spolnego przygoda. Kompana
 Tak parki na. Pwiat od gornegalana
 k.azn otrzymaty bez miary nam szkodza

Sextum. carmen compositum est in quo metra tredecem
 Syllabarum in cadentijs sibi correspondent duo alia quinq
 Syllabarum pariter in cadentijs consentiunt, alia undecem
 Syllabarum transponunt ita ut carmen undecem Syllaba
 rum correspondeat carmini quinq Syllabarum alijs carmen
 ultimum sex Syllabarum correspondent in cadentia carmini
 undecem Syllabarum supra posito, ut est illud:

Go iest czy Wulkan znova. Kyny grzeie
 Chcac ustrzecic Porsaliskie zelazem turnieie.
 Dusze Cyklopy
 Swemi Heropy

Czy Mars na darmo
 bije nie darmo
 we krwi Lajuszony

Septimum in quo duo carmina tredecem Syllabarum quatuor
 quinq Syllabarum correspondent sibi in cadentijs, quintum
 carmen quinq Syllabarum sine cadentia relictum quatuor
 carminibus alijs interjectis quinq Syllabarum, ab ultimis

Carminē quinq̄ syllabarum cadentiam accipit vgr:

29



Nota. hic primo, præter hos modos componendorum carminū
Polonicorum, sunt plures alij, qui cuiq̄ varios auctores legen-
ti patebit

Nota. secundo modus exornandorum carminum polonicorum
Idem est ferè, qui et Latinorum, quare, quicquid dicitur de
Carminē Latino quo ad exornationem idem dicendum de
Carminē Polonico.

Nota. Stis, vitia præcipua, versus polonicis hæc sunt:
Primo si pro cadentia, ponantur verbum simplex et compo-

Situm vgr: bierz, dobiez. Secundo si ponantur duo
 Monosyllaba. vgr: plec mlec. Tertio si accentus vocalium
 In ultima vel penultima. Syllaba. non fuerint ijdem ut
 Polie. beoZie. Quarto si pro cadentibus ponantur duo ad-
 Verbia, prepositiones, vel conjunctiones vgr: Cal. Ale.
 Quinto si ponantur cadentia obvia et frequenter eadem
 Quales sunt: in wo, sci, au, jac wozzy etc: quod si aliqua
 Horum inveneris in veteribus Poëtis Polonorum id adscribe
 multitudini carminum non vitio Poëtarum.

Caput quintum

De copia epithetorum comparanda

Sicut. Synonymia substantivorum ita et copia. Epitheto-
 rum, ab ipsa re, ejusq; causis desumitur, hæc Epitheta
 Magnam vim in carmine habent, tum ad deprimendum,
 Aut extollendam orationem, tum ad ornatum et varie-
 tatem ejusdem bonum quidem medium est habere. ad
 Manum libellum epithetorum, sed quia minus intelli-
 gens sine discrimine. quodlibet obvium adjectivum
 arripit, ad componendum carmen, proinde imbecilli-
 tate ejus consulturus sequentes subjungo modos
 Epitheta. seu adjectiva desumi possunt vel ex re

Ipsa, vel ex adjunctis illius quae adjuncta communi illo versiculo exprimuntur:

51

Quis quid agens? patiens quantum? ubi qualia? tempus
Per particulam quis examinanda est causa, quae efficit illam
rem cui apponere vis adjectivum, item examinanda materia,
ex qua fit illa res, item forma, qualiter efficitur, finis
propter quem efficitur.

Per particulam quid examinatur effectus rei, quid efficit
illa res? quid patitur? quanta sit, an longa, an alta,
an profunda.

Per particulam ubi examinandus est locus ubi illa res
est inventa, orta, usurpata etc: item qualis sit? an
Obscura, an lucida, an vivens etc: Ex empendatur item
Circumstantia temporis, quo res illa facta est an meri-
die, an Vespere, an die, an nocte, etc: res clarius e-
xemplo pateat.

Si huic voci arma velles adungere adjectivum? quodre
primo, quis arma fecit, et respondebis Poëtico more: Vul-
canus vel Cyclopes, apella igitur arma Vulcanica, vel
Cyclopea, quodre ex qua constant materia, et dices
ex aere, ferro, argento, etc: dic igitur arma aerea,
ferrea, argentea, quodre tertio quod est armorum
forma, respondebis: v.g. fuit thorax squamatus,

82 Pictus, colatus figuris; arma erunt squamata, picta, etc.
Quodre deniq. quis finis armorum? respondebis bellum, pugna,
Victoria, triumphus etc: dic igitur arma bellica, pugnancia,
victricia, etc. Secundo expende actionem, sive illa, quae
per arma efficiuntur, ut sunt: sanguinis profusio, Honor,
formida caedes, dic igitur arma sanguinolenta, tristia,
Cruenta, funesta, honesta, excilia, horrenda, etc:
Tertio expende passionem, sive illa, quae arma patiuntur
aut quomodo tractari possunt: ut solent cudi, quassari,
torqueri, etc: Hic dices arma cusa, vibrata, quassata, tor-
ta, etc: Quarto quantitas rei perpendatur, quam sci-
licet, alta, profunda, lata, et longa, hinc dices, arma
ingentia, elata, oblonga, etc: Quinto qualitas rei consi-
deret, quae si vivens sit tam illa, quae animi quam corporis
est, et tam affectum, quam sensuum ponderetur si vero non
vivens externa species illius tantum consideranda est
Unde arma respectu sensuum nostrorum (sub quo
cadunt) sunt, ut: visu splendida, corusca, rutilantia,
Aspera, dura, vel etiam mollia, levia, gravia, qua-
lia auditu, Horrisona, annuba, sonantia, et qualia
respectu hominis dices. Sexto considerandus est lo-
cus ubi orta res aut inventa, unde arma dices aethnea.
Quod fingatur in Aethna à Vulcano cudi. Septimo

Temporis consideratio non unquam jurat, quo tempore orta sit res, unde arma matutina, importuna subita diceres.

Præterea persona ad quam res spectat supponit epitheta ita. ab Achille, Hercule, Marte, arma diceres Achillea, Herculea, Mavortia.

Præter hæc epitheta illa etiam pulcherrima sunt, quæ petuntur à Metaphora, possunt ea. iisdem fontibus hauriri quibus propria persona tamen et qualitatis consideratio hic maxime secunda est.

Quidquid enim de persona qua in usu armorum versatur dicitur id extendatè ad arma refertur.

Quare igitur quis est armatus? et dices v.g. Gigas, Heros, Miles, rusticus, civis, hostis, amicus etc. prima ergo

dices Gigantea, Heroica, Militaria, rustica, civilia, hostilia, amica.

Quare iterum qualis iste miles et si respondebis quod sit ferox, crudelis, sceleratus, atrox vel Clemens, fidus, infidus, violentus, invisus etc. iisdem titulis donabis arma etc. etc.

Pulchra sunt adjectiva illa, quæ petuntur ab eruditione ad faciliorem autem inventionem eruditionis juvabit te sequens tabula breviter aliquas comprehendens eruditiones

Arcus Trojani
Ambitus Alexandri M.
Avaritia Veris

Fortuna Pandone
Felicitas Amaltheæ vel Antonij
Frons Catonis

Aurum Crasi
 Arbitrium Catonis
 Erumna Secionum
 Ardore A bicy
 Ara Busiridis
 Aculei Theonis
 Abstinencia Trajani
 Amores Venereis
 Bilis Cecropia
 Brevitas Laconica
 Consilium Nestoris
 Fastitas Damodis
 Constantia Milciadis
 Constan' Alexandri M.
 Comitas Theodosij
 Crudelitas Phalaridis
 Colobus - - Odus
 Cervix Lerna
 Deliciae Cleopatrae
 Domus Helonis
 Soli Sarcorum

Fraudes Panorum
 Furia Martis
 Horti Hesperidum
 Impetus Scipionis
 Iustitia Areopagi
 Inconstantia Protegi
 Iudicium Panois
 Invidia Parcarum
 Liberalitas Thyti
 Lucerna Cleantis
 Mora Fabij
 Mendacia Gretensium
 Modestia Augusti
 Mors generosa Socratis
 Muri Babilonici
 Magnificentia Cyri
 Munificentia Adriani
 Mel Atticum
 Molities Asiatica
 Methamorphosis Actaeonis
 Nemus Lucilli
 Nives Rodopet.
 Oculi Lincei
 Otia Hannibalis
 Odium Vatinianum

Promptitudo Pompei
Prosperitas Marij
Pietas Mettelli
Piramides Aegitid
Pectus spartanum
Pluma Sardanapali
Purpura Thyti
Potus Sisyphum
Pocula Bacchi vel Circes
Risus Democrifi
Rumor Phidontis
Solertia Hannibalis
Supercilium Catonis
Secreta Pompei
Sepulchrum Mausili
Reges Cadmea
Secula Saturni

35
Species Helena
Spongia Vespasiani
Simulacrum Iovis Olympici
Scena Roscij
Turris Tharia
Theauri Lydiorum
Terror Pannonicus
Trophæa Milciadis
Tenebrae Cimeris
Templum Dianæ
Tellus Vulcana
Vis indicendo Demostenis
Verecundia Scipionis
Vestis Frigia
Vellus Isaronis
Vizza Mercurij vel Prometheus
Urna Aiaci etc:

Caput Sextum

Quibus modis nomen aut verbum in phrasim disponi possunt
Primus modus, quod apte epitheta sive propria sive appella-
tiva in Phrasim disponuntur, est hic. Accipe locuti-
onem constantem verbo personali et nominativo cui casui
Adde adjectivum sive proprium sive appellativum v.g:

Ad hanc locationem Lapis gravat Adde adjectivum propriam
 am vg: Sisyphus. Deinde hoc epithetum quod addidisti Ho-
 minativo, resolve in substantivum a quo provenit vg: Sisyphus,
 Quia provenit à substantivo Sisyphus, dices loco adjectivi Sisi-
 phus lapis, per quotiescumq; lapis Sisyphi. Similiter adjectivum
 Appellativum vg: durus habet substantivum durities
 Pariter dices per quotiescumq; durities lapidis gravat tandem
 ad utrumq; substantivum adde epitheton proprium vel appella-
 tivum et habebis simplicem phrasim Poeticam vg hanc: Sudan-
 tis rigidus Sisyphi lapis gravat. vel ingens prominentis lapi-
 dis gravat durities

Secundus modus formandæ phrasim, à circumstantia rei, dum
 substantivo vg: rosa additur adjectivum sive proprium vg
 rosa Venerea, convenit rosa et habebis rationem, quia rosa
 Veneri dicata est, et juxta fabulam, sanguine illius picta.
 Unde dicere posset per hunc modum jungendo rationem inven-
 tam cum rosa. Sic: vg: Veneris flos sanguine pictus
 Similiter adjectivo appellativo additò vg: rosa purpurea
 Quare cur dicitur purpurea? quia colorem similem
 Purpurae habet proinde diceret: flos qui purpureas explicat
 ore comas. Quid quid diximus de substantivo idem dicendum
 De adjectivo, formando ex illo substantivum et illi substa-
 tivum addendo aliud substantivum etc. idem dicendum de
 Verbo in substantivum illud transferendo ut supra diximus

De modo scribendi carminis.

67

Tertius modus formandæ phrasis. Notatio troporum ad calamum
Victatorum quare expressius simplicem sensum cultius advertit
Quis tropus commodior, qui melius adornet rem, sic v.g. si hunc
Sensum: late fluunt aquæ phrasi effere intenderet ali-
quis, posset loco verbi proprii, fluunt poneremethaphoricè
Decurrunt huic etiam substantivo agud addere, v.g. mur-
murantes, vel glomerantes et sic profferre cultius: vasto mar-
gine decurrunt murmurantes aquæ, vel hunc sensum sim-
plicem, gladio vulneravit hostem metaphora. Sic posset
adornari Victor gladius bibit de Hoste fusum cruorem hunc
Verò sensum: Poloni senttores Turcis male præcantur
Sic aliquis per allegoriam posset ornare, Sarmatici Regni
Soles adeo sunt avari lucis serenissimi, ut semper Lunam
Othomanicam intendant extinguere et umbris Cimerijs com-
mittere vel hunc sensum: pugnasti per periphrasim:
Vibrabas ad vulnera ferrum frequentissimè tamen præter
aliòs tropos usurpantur à Poëtis genus pro specie v.g. Velut
Inter ignes luna minores, ubi ignis accipitur pro Stella
Species pro genere, v.g. Quercus pro arbore, pars pro toto
Vel vicissim totum pro parte, prora pro navi, tectum pro
Domo, rerum inventores ponuntur pro re ipsa, seu propria

398
Nomina pro appellativis v.g. Ceres pro pane. Vulcanus pro igne, Nota hic statim quod ad elocutionem Poëticam spectat, ut Poeta habens notitiam figurarum sensum simplicem jam phrasi adornatum, per aliquam figuram offerat, ut elegantius reddet carmen advertat præterea ne in Carmine ponat adjectivum vanum et non necessarium, Sed debet esse v. metaphoricū, v. exaggerans rem, unde multum Neovates errant qui nisi propter complementum carminis ponunt adjectiva. Nota secundo quod elocutio Poëtica consistit etiam in similitudinibus comparationibus contrariis etc. et hæc interim sufficient de formanda phrasi plura ore tenus dicentur, et lectis Poëtarum Classicorum suppeditat

Caput septimum

De Poesi Particulari

§ Unus

De Poesi Epigrammatica

Epigramma, quod ad nomen ex græco significat inscripti-
onem, ideo quia apud veteres inscribebantur epigrammata
Statuis, solis, altaris, Clypeis, navibus, Trophæis,
Domibus, Urbibus etc. quo ad rem est: breve pœma
clare describens aliquam rem cum ingeniosa conclusione.
Dixi breve pœma per hoc enim differt ab elegia et pœ-
mate, omnia enim hæc sunt longiora, epigramma est du-
plex aliud simplex aliud compositum, simplex est, quod
santum simpliciter describit rem sine ingeniosa ratione,
Compositum est quod rem describit cum aliqua addita inge-

nia la ratione seu conceptu, Item aliud est Epicum quod conti- 39
net alicujus laudem vel vituperium, aliud Comicum quod
includit in se artificium alicujus rei vel jocum, aliud Tragi-
cum quod continet dolorem vel mortem alicujus, Item ali-
ud est exornativum aliud Deliberativum aliud Judiciale
à Subjecta materia. Sed has divisiones ex pendere parvi mo-
menti res est. Nota virtutes epigrammatis esse tres
brevitatem, Claritatem, et conceptum, brevitatis debet esse,
ut epigramma n̄ excedat ultra viginti quatuor carmina
Aliqui etiam trigesimum versum excedunt, ut P. Massenius
inquit, quandoq; hæc brevitatis in uno etiam carmine adhibet,
ut apud Martialem legitur:

Omnia Castor emis sic fiet ut omnia vendas
Secunda virtus epigrammatis est claritas qua in hoc consi-
tit, ut non ponantur eruditiones obtrusa, verba obsoleta,
Sensus remote translati. Tertia virtus epigrammatis acu-
men seu conceptus ex combinatis circumstantijs rei epigramma-
te descriptis erui solet. Nota primo n̄ requi-
ritur ut in epigrammate non semper sit questio aperte posita
ut leges postea apud authores varios, in quibus occulte sapissime
ponitur, si autem pones questionem aperte, illam formare poteris
vel per figuram rejectionis v. Apostrophe v. Interrogationis,
Cui respondebis per figuram responsionis includentem in se
ingeniosam rationem. Nota secundo epigramma potissimum
scribitur carmine Hexametro, et Pentametro: potest etiam scribi
Phalæucio, Scazontico, et Iambico. Quod si scribitur Hexame-

tro et Pentametro Sensus semper cladi in duobus carminibus, nec
Ultra extendi debet; id tamen n̄ observatur in Phaleucio, Scatoni-
tico, et Iambico versu scribitur, quia verò quovates maximam
Difficultatem habent in acumine inveniendis proinde hic
Vicendum restat nobis de illo investigando. quod demonstrabit.

§ Idus

De acumine et eius fontibus

Conceptus quo ad vocem idem est quod argutia, et acumen
Quo ad rem est ratio ingeniosa et inexpectata alicujus rei
Sicitur ratio quia quilibet conceptus debet habere propor-
tionem, supra quam conceptus sunt formandi dicitur ingenio-
sa et inexpectata quia ratio potest esse inexpectata et
Non ingeniosa, ad conceptus formandos bene debet formari
Quæstio supra illam materiam, supra quam scribendi sunt con-
ceptus et sic per illam quæstionem quasi interrogando se, et
Respondendum est conceptuose, ingeniose, et inexpectate.
Fontes conceptuum sunt duplices; alij in verbo alij in sensu,
Conceptus in verbo est acumen, in una et altera, non nisi vo-
ce contentum. Conceptus in sensu est acumen in uno aut
Etiam altero toto sensu contentum.

Fontes conceptuum in verbo sunt tres.

Primus fons est equivocatio. porro equivocatio est vox habens
significationem multiplicem, dum ergo talis vox explicatur
bene sensui fit conceptus v.g. illud epigramma ubi amicus
amico mittit poma: Conveniētia dicebam nomina rebus
Cum porrexisses tam mala mala mihi

Et illud de uno, qui saepe in jus rapiebatur:

O! gdy byś tyle lat, ilec dano rokow
Przeżył byś Maturzala, y. Karych prorokow

Et illud Martialis, infastum musicum mendacem:

Sum promissa negat, dum veris falsa, remittit

Tot tibi, cum fidiibus, Faustule, nulla fides.

Secundus fons conceptuum est Paronomasia porro Paranoma-
sia est quando ponuntur duae voces similes sibi quo ad literas,
habentes tamen significationem diversam, aliter vocatur haec
Paranomasia lusus in verbo, ut: Stella, sella, O rator, arator
etc. ex hoc fonte est conceptus ille:

Unde tuum quaevis ducat cerevisia, nomen

Quod cerebrum viset saepe, tabelle tuum

Tale idem est de polonis à Turcis Patriam vastantibus, ac fame
pressis:

Invictos olim populos, populatur egestas

Et famam insignes conficit agna, fames.

Et illud Patris Labbe ad Beatissimam V. M.

Gaudeo te Virgo in terris sine labe fuisse

Non tamen in falis sis sine Labbe, precor.

Tertius fons conceptuum in verbo, est annotatione nominis,

Annotatione nominis fit conceptus dum damus rationem

Quare res illa, habeat tale nomen, sic P. Bartochowski

De sancto Stanislao Kostka:

Alea quam felix fueras cognomine tecum

Ut Tuoat Calo migrat et ipse Deus
 Et illud de Sancta Rosa se dire. cruciante.
 Quid mirum teneros virgo pia, verbat artus
 his decet incinctam vespribus esse rosam
 Quartus fons conceptum in verbo ab anagrammate. anagram-
 ma est quando permutationem literarum, alicujus dictionis
 vel sententia, eruitur alius sensus ingenialis. anagramma est
 duplex: aliud purum aliud impurum. purum est in quo
 Idem literarum numerus et eodem ponuntur, sed tantum
 mutato ordine. v.g. Vladislaus, laudis laus, Leopoldus, pello
 duos, Varsavia, vis avara. Impurum est quando aliqua
 litera programmatis detrahitur, vel immutatur v. plures
 Quam sicut in programme. ponuntur in annagrammate.
 Ut v.g. dolor, oloz, sonus, onus, Sanctus Joannes Baptista,
 Cantus sapientibus aosta.

Annagramma constat partibus duabus, programme et
 Annagrammate, programma est illud, ex qua componit
 Anagramma, anagramma est illa dictio quae componit
 Ex programme unde ab anagrammate fit conceptus
 Quando alicujus vocis immutatur ordo literarum et alia
 Vox eruitur. sic ex nomine Maria Magdalena, ana-
 gramma erit, grandia mala mea v. ame, grandia
 mala, Quod non nemo carmine. sic protulit.
 Grandia, qua patior mea sunt mala, vulnera, mortua

Et crucis infanti stipite Christus agit.
 Magdala sub cruce flens à me mala grandia clamat
 hæc meus ah turpis vulnera fixit amor.

Fontes conceptuum consistentium in sensu toto sunt primo est
 reflexio moralis ad mores humanos sic P. Labbe, de sole qui ortu
 suo latam projicit umbram:

Trimembres periodus seu tricolor quae constat tribus membris et tribus sensibus uno antecedente et duobus consequentibus, aut etiam duobus antecedentibus et uno consequente.

Quadrimembres seu Tetracolor Periodus est sensus perfectus et completus constans quatuor membris et quatuor sensibus duobus antecedentibus et duobus consequentibus vel tribus antecedentibus et uno consequente vel etiam e contra uno antecedente et tribus consequentibus.

Partes periodi sunt duae prima est membrum alio nomine dicitur Colon secunda est incisum graeco nomine dicitur Gomma.

Membrum est sensus perfectus vel imperfectus constans verbo infiniti modi et certo numero Syllabarum.

Dicitur autem membrum debere habere sensum perfectum vel imperfectum, quia si sit in periodo unimembri debet habere sensum perfectum.

Si vero in Bimembri vel trimembri vel quadrimembri debet habere sensum imperfectum.

Iam vero numerus certus membrum necessarius est ut sint ad minimum novem vel decem Syllabae.

Protendi vero potest membrum etiam ad viginti vel triginta Syllabas, incisum est

Pars membri aut Sensu carens aut certo numero syllabarū. 83
Nota ad componendam aliquam periodum longiorem adhiberi
debent membris illa particulae quarum una posita, in aliquo
Sensu Periodi necessario, aliam reductivam sibi cum alio sensu
Requirit; quales sunt particulae reductivae et adverbia. v.g.

Adco ut

Aque ac

Aque huic atq; illi

Aliter et aliter

Antea post hac

Imo vero imo etiam

Cum continuo

Sive multumq; antequam

Tam diu donec

Quamdiu Tandiu

Eatenus ut

Eatenus quatenus

Cō ut

Nullus nisi

Quemadmodum ita

Numquam nisi

Pro Trimembri periodo Particulae Servient

Nullus est tantus qui aut aut

Non minus is quicquam

Quid insignius quam nec nec

Quid infamius quam et et

Omnis qui

Par est ut

Perinde, ac.

Plus quam

Primum deinde

Prope est ut quis

Etsi verum tamen

Hactenus quo ad

Hinc inde

Huc illuc

Idcirco quod

Idem ut

Quantum tantum

Quamvis tamen

Quemadmodū ita

Tam ut, etc: etc.

842

Evenit hoc, ut non solum, verum etiam

Nihil est, quod magis quam

Pro Quadrimembri

Nonsolum, tum cum, verum sed etiam tum cum

Haud ille qui, sed etiam, ille, qui

Nec ille qui nec ille qui

Postquam non modo verum etiam illico

Similes Particulas quisq; sibi poterit innumeris adinvenire

Pro quacumq; periodo si illas vel addat vel immisceat, quae sunt

Pro Bimembri v.g. his particulis: Postquam illico immisceantur

Non modo verum etiam et fiet Periodus quadrimembris. Post

quam vocans victoriarum nuncia fama, divulgasset nonnu-

do obsidione liberatam esse Poloniam, verum etiam memora-

bili Glade millena histonum truncata capita, illico Trium-

phalis Pagan per Provincias et urbes Lethia insonunt.

Idem patet in hac Trimembri: Omnes qui instadiis, Pell-

dis eruditione in arena Minervae, artibus decertatis liberali-

Tanto animosiore agite indole quanto praestantiorum Sapien-

tia abitis coronidem.

Præter supra dictos periodos est etiam Pneumatica. Pneuma-

Autem idem est quod Spiritus, clauditque uno Spiritu seu

uno Pneumate ab oratore vix dici potest. Pneumatica

Verò Periodus, aut bimembris aut Trimembris aut Quadri-

membris, Vel etiam unimembri constant pluribus incisuris,

Ped tunc, cum talis est, dicitur Schinotenes.

Quæres quid sit periodice loqui et incidere, loqui periodice, v.

scribere est dicere vel scribere periodos artificiales. Incid-

ere autem loqui, est dicere tales periodos quæ multis constant inci-

suris; numericè verò loqui est periodos formare tales quæ con-

Posses hic adhuc querere quam sunt regulæ formandi numero. 55
Sas periodos Prima. Numerosa reddetur periodus si breves et
Longa syllabæ interse permisceantur apte. Secunda Si
Voces monosyllabæ et dissyllabæ apte inter se commisceantur nunc
Longa brevibus nunc breves longis. Tertia si non solum in fine
Periodi, sed etiam in tota Periodo splendida seu translata
Verba ponuntur. Quarta Numerosa erit Periodus si
Finiatur verbis sonoris et gravibus paulò longioribus. Quinta
fit Periodus numerosa si caveantur voces ab ijs dem syllabis
Et literis incipientes in quibus finiuntur præcedentes. seu ca-
venda sunt similiter cadentes pariter illa in quibus sæpe
repetuntur eadem literæ præsertim asperiores seu sonoras
Vg: Rex Xerxes Reliquias regulas etc: Reliqua cujus
Judicium et lectio librorum talium, ex quibus hæc possunt
Colligi edocebit unumquemq; cum omnia præceptio n valeant edoceri.

Caput 2 dūm De amplificatione.

§ Primus

De amplificatione in genere

Amplificatio derivatur à verbo amplifico dilato unde amplificatio
idem significat quoad nomen quod dilatatio quo ad rem est dum
Aliquid pluribus verbis explicamus quod paucioribus verbis
Poterat exprimi. Amplificatio est duplex alia verborum

Alia rerum vel Sententiarum. Verborum amplificatio et dilata-
tio Est unius vocis et alterius vocis pluribus verbis consi-
stens in vocibus.

Amplificatio rerum Est affirmatio

Quaedam ita rem exaggerans ut audiens illam, statim eam convincat.
 Amplificationis modi, quamvis sunt plurimi, nos tamen omisis multis
 Alijs, sequentes subijcimus faciliores.

§ 2dus

De vario amplificationis modo

Primus modus amplificationis per synonymiam cum aliqua sententia
 vel sensu alijs et alijs effertur propositibus idem significantibus ut
 hæc propositio: Virtus regnorum fulcrum est. Synonymicè
 ita potest efferi Probitate sunt imperia, v. Lapsum non metunt
Diademata que fulcit Pietas. v. immota sunt majestates
que innituntur virtutibus. has propositiones synonymicè, si dic-
 xeris in Periodos habebis amplificationem per synonymiam v.
 Non aberravit à vero sentiendi, quisquis enigmè sensus oraculi
 Virtutem, regnorum fulcrum nuncupavit, nulla enim fortuna
 Subsistunt imperia quam que probitatis implet maturitas, su-
 cita. Stabiliore columnis constantia Non lapsum unquam metunt
 Diademata virtuti innixa perennem felicitatis decurrunt or-
 tam dum etc.

Secundus modus amplificationis est per distributionem partium
 Quando aliquid totum vel quasi totum in suas partes v. quas
 Partes dividitur, dicitur vel quasi partes quia aliquando à
 finguntur partes, maxime tunc cum nomen v. participium v.
 Verbum vel etiam adverbium in partes dividitur. Sic si vellet
 Dividere aliquid nomen in suas partes v.g. Hoc nomen
Virtus potest dividere in humilitatem, patientiam, Justitiam,
concordiam etc. Verbum v.g. Gratulor in applaudere, laudari,
apprecari, recordari, festum etc. Quia hæc omnia continentur
 In hoc verbo gratulor. Participium v.g. Doctus in instructus,
eruditione præstantem, literis nutritum, facundia, Devotus,
Palladii caput etc. Adverbium v.g. Semper in in eternum,
secula, annos, horas, menses, dies, etc. Vex his fiet ampli-

ficatio si cuilibet parti adjunxeris sensum, inserientem ma-
teria cum figuris Tropis et acuminibus. 23
Tertius modus amplificatio nis est à Similitudine porro
Similitudo est comparatio unius rei cum alia habente diver-
sam naturam. Si enim res ejusdem naturæ comparètur,
erunt potius comparata quam similia v.g: si comparemus
Regem cum sole. Hominem fortem cum Leone. erunt Simi-
litudines. Comparata autem erunt, si comparemus Orato-
rem Tullio. Militem strenuum Herculi vel Alexandro.
Partes similitudinis his conjunguntur particulis ut, ita,
Quemadmodum, pari ratione, sicut non aliter etc. Tractati
autem Similitudo his modis primo quando Similitudo ponitur
sine particulis eam connectentibus. v.g: Sol diem generat.
Oceanus uniones, magna nomina magnas partes. Item
illud Seneca de inconstantia fortuna Noli huic tran-
quillitati credere, momento vertitur mare, et in eodem alto
Ubi luserunt Navigia sorbentur. Secundo dum Simili-
tudo ponitur cum expressis particulis v.g: Sicut, ita, vili con-
cha, pretiosus latet unio, ita sub deformi vultu verusta Do-
ctes animi Celebrantur. Item quem admodum tot amnes in
Oceanum dejecti non mutant saporem maris, ita diver-
sum impetus rerum viri fortis non mutat animum. Tertio
Cum unum alteri in pluribus confertur v.g. habet aliquid cum
Sole. Principes immo solis et solis finge nomen ab illius sereno

Lumen sibi accendant Stydera Istorum majestas splendore illius
 Imperia ille graduum moderatione elevatione moderatur tempora
 Isti sublimitate mentis regunt dominia: Ille oculis celi teturement
 Alto irradiat ista pupilla sunt quod regni procerum prospiciam
 Saluti et throni etc.: Quarto cum duo aut plura uni con
 feruntur v.g: gubernatorem in tempestate militem
 Vinum fortem inter aduersa cognoscimus.

Quintus modus amplificationis à Comparatione Porro comparatio
 Est unius rei cum altera habente eandem secum naturam
 Collocatio v.g: Si aliquis Poeta comparetur cum Virgilio vel
 Ouidio erit comparatio tam Poeta quam Virgilius vel Ouidius
 Habent eandem naturam humanam. Hæc Comparatio est

Triples, Prima quando equalia inter se comparantur v.g:
 Aquæ Certum est rempublicam nisi suorum viribus atq; senum
 Consilijs, secunda Comparatio est quando duo inter se comp
 rantur quorum unum est majus et alterum minus v.g: Si
 Deus Angelo superbo non peperit quomodo homini parceret.

Tertia est Comparatio, quando duo inter se comparantur quo
 unum est minus et alterum majus Sic Cicero fecit amplificati
 onem ab hoc fonte comparationis Si Hispanis parva affectu
 adipisci licet civitatem, Seditanis autem fide sua in rem
 publicam illustribus hoc idem non licebit etc.

Quintus modus Amplificationis à definitionibus congloratio

Quando unius ejusdemque rei plures definitiones congregantur. Porro definitio est Oratio explicans naturam rei. Sicut quid sit res v.g. Sol est Astronomi Princeps, aureum Caeli Sydes, Dei Oculus, Thesaurus Lucis, Communis viventium Mancenae etc.: ad meliorem amplificationis notitiam, Sciendum est definitiones elegantissime offerri per similitudines, omnis particulis ex hoc fonte quidam definiunt Violam.

Primula pratorum soboles et gloria venis
 Spes florum Zephyri filia raris amor.

Definiturus rem aliquam debet primo considerare. Orator v. Poeta Quid sit illa res quam vult definire. v.g. Roma, est urbium caput, gentium Dea Terrestre. Plum Flos Europae, Utriusque fortuna prodigium.

Secundo quanta sit est compendium universi, Parvus mundus ingens fortuna theatrum. Tertio qualis sit v.g. Quo ad usum v. Est Syderum Patria Urbium lumen, Italia Splendor. Qualis sit quo ad intellectum est Scientiarum Domus, Literarum Patria, emittit Palladis regio, Quarto qual

habet causas est Romuli opus Nobile catholicae fidei propugnaculum. Frues marmorum. Quinto quae habet affectus et Passiones v. est adamantinus Europae Clypeus, Satorum Unicum Ludibrium, Adversarium Fidei fulmen. Sexto quod

habeat tempus est prima latinorum Mater urbium, eminentis sanctitatis primitia. Septimo quem habeat motum Magnae animorum, errantium cinosum, via Appia ad sedes flet amplificationis a definitionibus. Sextus modus amplificationis per allegoriam. Porro allegoria quid sit et qualis modo fieri debeat dictum est alibi. Sic amplificares Per allegoriam istam sententiam, Aeterno choro redeunt

lente Capitolium. Tales definitiones si disponantur in periodo amplificationis per allegoriam. Porro allegoria quid sit et qualis modo fieri debeat dictum est alibi. Sic amplificares Per allegoriam istam sententiam, Aeterno choro redeunt

Risus et gemitus desumendo similitudinem adriam a Zephiro mulcente pelagum et ad gemitum ab Aquilone turbante. Aquor observandum tamen ut allegoricas verbis misceantur simplicia. Ab eadem fonte hanc sententiam: fortuna non omnibus una ita amplificares, allegoriam dicendo a sole non semper illustrissimum meridiem explicat unicuique suo in vultu fortuna qui mane felicitatis auspiciabatur tristem. Quando iniquus sortis experitur occasum, laicum nomen. Hodit tamen sui serenissimos diadematum radios conferat. Scilicet regibus regnorum solibus non obscura sortis honoribus. Propter allegoriam sunt et alij tropi augentes materiam amplificationis v.g. Periphrasis, quod est circuitio loquendi. Explicans pluribus quod poterat paucioribus exprimi v.g. Iolo huius vocis: mortuus est diceret: extremum clausit diem, vel tatis portum attigit, vel mortalitatem exiit, vel clausit in aethere nam lumina noctem etc.

Caput Tertium

De Chria

Chria est vox graeca, latine idem significat quod usus vel utilitas quo ad rem est explicatio alicuius dicti facti vel utriusque. Simul certis capitibus comprehensa vel est oratio quae a quo recte vel inique dictum vel factum vel utrumque simul demonstrat. Chria est triplex: verbalis seu dicti Activa seu facti et mixta hoc est dicti et facti. Chria verbalis est quae dictum ab aliquo sententiosum prolatum exponit et enunciat. Activa est quae actionem seu factum quodpiam recenset et amplificat. Mixta quae dictum simul et factum comprehendit.

Partes Chriae sunt octo Exordium, expositio, causa, contra, simile, exemplum, testimonium, et epilogus. Exordium est in quo auctor dicti vel facti vel utriusque simul laudatur vel vituperatur.

Expositio est in qua dictum vel factum vel utrumq. simul ubi-
rius explicat, seu amplificatur. Causa est in qua dantur

Rationes dicti vel facti vel utriusq. simul. Contrarium
Est in quo orator oppositam rem assumpta materia dicit

Per hanc suam propositionem amplificat. Simile est
in quo dicti vel facti vel utriusq. simul veritas vel falsitas

Per aliquam similitudinem probatur. Exemplum est
Pars Chria in qua res quo tractatur exemplo seu facto

aliquo alio comprobatur. Testimonium est auctoritas
alicujus a veteribus ducti hominibus qui dictum vel fa-

ctum vel utrumq. sua sententia comprobavit
Epilogus est ultima pars Chria omnia breviter comprehendens et

adhortans ad imitationem virtutis, in Chria, vel vitandis vitiis.
Nota primo in Chria Prater exordium et expositionem omnes

Partes posse poni bis imo ter si placuerit scribenti, Nota secun-
do si Chria quibusdam carebit partibus et aliquas solum habebit

si non ponatur in illa contrarium, si simile, vel Testimonium
vel exemplum Chria talis vocat, mutillata. Nota tertio

non leve difficultatem inferunt Tyroni in eloquentia. transiti-
ones quibus una pars Chria cum alia connectitur et modi

tractandarum partium proinde difficultates istas solvent
§ amul

Modus tractandarum partium Chria
Exordium cum sit frons aliarum partium debet quam cultissi-

imum. floride et ornate exponens laudem vel vituperium dicti vel
facti vel utriusq. simul et primus modus illius offerendi

sit a definitionibus conglobatis ejus personis quos laude vel
vituperio afficienda est. Sit pro proxi vituperium

Theronis qui proprio matris scrutatus est viscera ferro
 Coronatus ille prody purpuratus civium sanguine latro Victor
 Paludatus mortuus vivens ipsius ferocitatis monstrum cui
 Tyrannis pro anima fuit bilis pro sanguine, immensisima
 inter septicolis antra urbis. orbi nutrita fera, etherus
 Rex Tyberius Thero ceu ab ebrietate biberius dicendus Mero
 Aut venus Tibens innocuus profusus sanguine, portentum mor-
 talitatis, Coluber materna corrodens viscera, et natura monstrum
 suamet Parentis ferro recludens pectus atq. cruentis manibus
 scrutans intima etc.

Secundus Exordij formandi potest esse per comparisonem, si
 dicti vel facti vel utriusq. simul author proferatur vel asinilitur
 tur preclaris alijs viris
 Tertius modus ab enumeratione partium si enumeratis varijs
 virtutis vel vitij partibus in fine laudandus vel vituperandus ijs
 proferatur.

Expositio debet esse clarior quam exordium ut enucleet
 Sententia intentum. Facti expositio per considerationem
 adjunctorum juxta illas particulas: quid quid ubi quibus auxilijs
 Cur quomodo quando.

Causa est pars Chris qua ratio dicti vel facti vel utriusq.
 simul adfertur.

simile; cujus partis multi sunt modi: Primus cum particu-
 lis quemadmodum qualiter sicut etc. respondentibus: tali
 modo taliter illud etc. v.g.: Qualiter autuormgibus albescum
 nivibus maturis statis frondes taliter statis frons ingruent
 Senecta expallet caritie. Secundo Similitudo tractat

Sine particulis metaphoricè. Tertio si concinentur simul 93

Pures similitudines breuiter sine particulis expedita vq;
probaturus diuitem debere esse misericordem, his similitudi-
nibus euinceres: Sol sine radio ignis absq; flamma, Sipe
torrente flumen, sine aqua nebes, ver. sine flore, etas.

Sine fructu Dives sine misericordia.
Contrarium in hac parte nulla difficultas cum omnis res ha-
beat suum contrarium ut: Sapientia ignorantiam virtus vitium

Vita mortem etc. Colon
Exemplum huic Sed

Colo

Exemplis

Admodum

Precor tibi laudem honoris et laudis,

+++

+++ 16.

o Stanistawie

Prez ten gadasz o kiegack, nie thniepr ich, na
medrorys' iest spiacy, nielli, nie spiac, Stanistawie.

17.

o Studie dwóck Sanow.

Jest ubogi, choc' u dwóck Sanow Diott zostaié,
Bo iedery, z nich, nie ma; drugi nie nie daie.



10
94
1. Lilie w polu Werbna, bezpiecny wzrost maig;
Kolos z straty w Koronie gdy im straz oddaig.
Krolow, nie Flory krolmi, te sie Kwiaty dzieg,
Gdy Marjem y Korona samymi dziedzieg.

2. Kolumna w polu Werbna, stoi pod Korona
Mocna chce byc niewinnych lilii obrona.
Na wipkny dowod tego straty sie armnie
Niebo Mlejnot, iad krolskich cady Koronuie.



Lunaq' nocturnos alta regebat agros:


18.

Do Jana witasz
Czy w miescie, czy w Goscinie, spotkawszy mie,
Zawpre: Cobym ia robil; ciekawie mie pytasz.
I choc'byś na dzien rany sto spotkasz, pytanie
Toz spowietarasz: snac, ie sam nie nie ro-
bisz Janie.

19.

Do Jana Kuchara.
Zem kuchara o'wicyt za r'e gotowanie
obiadu; ty narywasz mie okrutnym Janie!
Je'zli ta ci niegodna' z'da sie kary wina,
Jaka'z bicia kuchara inna' jest przyczyna?

19
Na Lysego.
Haciwry cata wlowol z' t'w'e'y gotowomow
Co'z wiecey mo'ior stacic' Re'zha, chyba g'lowe?



21. do Jarek. To w chropobie,
Kawied' lico' mi' Janie ra'z'zyl
Og'dyby'm mo'j Todol'ij'e' w' p'odo
bney o' do' b'ie!

o Annie, iazn' miata,
Wraz umarty, z ktoremi Anna przy-
Datby Bog, by i z zora ma przyia'n' zabrata!

James' maty, a czapka wietka' cie pokrywa:
Le'cz nie drzew; ne'cz ta w'slytkim g'rybom' jest
w'lasu'wa.

Zarty z Wesparyana Kochow-
skiego.

^{1.}
O Rybaldie. u k pisze,
Słusznie sie Rybald triszeniem różnym ra-
goratke znie, sieczke znie, i dzieci kotyzie.

^{2.}
Droga do Leżajska. cza kwity,
Do Leżajska, iak z dawna stare swiad-
ka Chmielnik, i Winiary, iest Jowaniec bity.

^{3.}
Do Bruchatego.
Bruchie to iest u ciebie? bo pono mogita
w ktorej sie substancya Brodhou twobich skryta

^{4.}
Do Slug Slug
Sluzysz banu, i Sludiy chodza ter za toba,
A za mna nikt nie idzie, bo sam chodze z...
Jednak ia kondycya moia lepsza mnieman
Bo iak z adnych pachotkow, tak i bana nie

^{5.}
Onogacki swankuicych wie,
Najprnod nobi swankuicy, czy dacia po gto
to diwna, kto tak przedko nocy o ten powie

AETAS ORATORIA

97.

Sensim adolescentis eloquentia

Ad maturiorem suadam accrescens

In rostris Posnantiensibus incipiens

Anno ab infantia hominis Dei 1732. in 1733.

nunc Anno: 1776to. 8: qua lunæ:

Eloquentia aetatem aequè ac hominum intelligite; cui

Pro stamine vitæ filum orationis pro anima sensus

Oratorius, pneumata pro spiritu provida ars con-

cepit; fieri autem oratorem non nasci, adolescere

Non in viris ex improvise eruditos maturescere

Persvasum esto, promovenda est orationis adolescentia

Per gradus, ut juvenescat in pubere maturescat

In ultro, perficiatur in veterano et in capulari non lan-
 gvescat, sed pro venerandi majestate seni gravitate
 Quadam fulta procedat. Non idem semper oratio:
 nis est ornatus exiit bullam eloquentia, ut induat
 Prætextam, detrahit prætextam ut vestiatur sagō
 Sagum manu mittit, ut togata gravitatem præferat.

Nos igitur ab infantia incipiemus in aetatem perfe-
 ctam eloquentiam promoturi: agemus primo de Re:
 thorica studiosa, seu quæ usualis est Rethori studi:
 oso; post aulicam explanabimus deinde castrensi
 Operam dabimus demum curiali, Nuptiali, comitiali,
 Funebri tandem (in quo termino omnia consistunt)
 Crescenti in sapientia et aetate Deo homini, Pretio:
 sissimæ ejus matri ac cæli oratoribus Angelis pacis
 Consecrabitur, dicabimus.

Adolescentia Eloquentiæ

99

Seu Rethor studiosus

Cum bonus ordo adolescentiæ ordinata serie traducen-
da à majoribus tenerrimè servatus is semper fuerit
Ut a totis patris ad aras Minervæ à sanctis dome-
sticis ad liberatum artium præsidem divos sese trans-
ferat post calcatos arena ludos pulvere literario ex-
polianda juvenum ingenia; ac detersa utcumq; rudio-
ris ætatis informitate humanitatem pretergressa,
Benedicendi facultatem petant ideoq; quæ in eadem
Discenda occurrunt propriè convenientia illi ætati ex-
planabimus etiam futuro usui servitura.

Punctum æmum

Exponit artificium periodorum

Periodus Græcè latine circuitus, ambitus est oratio

100. Habens sensum perfectum quo audito pervenitur ad
Notitiam plenam alicujus rei. Periodi partes sunt
Sequentes, membrum seu colon. Græcè, incisum quod
Comma Græci vocant. Membrum est pars periodi
Perfectam quidem sententiam definiens non ita tamen
Absolutum reddens sensum ut auditor acquiescat, v.g.
Si amico laboranti opem tulisses. Potest tamen
Membrum esse periodus quod fit in unimembri periodo
Ita ut completus sit sensus. Incisum seu comma
Est pars membri imperfecta sensu v.g. in hac renum
Tempestate, in continuo fluxu, refluxuq. temporum.
Ut fiat membrum ex incisio debet addi verbum ver:
bum personale finiti modi vel etiam impersonale
Et certus numerus syllabarum. Certus autem nu:
merus syllabarum est qui debet ad minimum habe:
re syllabas novem vel decem.

Periodus est duplex, alia vulgaris alia artificialis.
Periodus vulgaris est sensus perfectus qualiscunq. id est
Non habens sensum antecedentem et consequentem non
Est tamen periodus vulgaris idem ac sensus aliquis

Grammaticus seu locutio quia periodus vulgaris requirit 101
Aliquem ordinem ac rotunditatem locutio autem grammatica
Non requirit.

Artificialis periodus est sensus perfectus habens antecedente
Et consequentem sensum. porro sensus antecedens est, qui alium
Sensum requirit et trahit post se, qui si non sequatur sensus
Totius sententia non erit perfectus vgr. ita nunc tempesta-
ti obnoxius aër ut proximam minuetur procellam.

Artificiosa periodus est quadruplex Monocolos seu uni-
membri, dicolos seu bimembri, tricolos seu trimembri,
Tetracos seu quadrimembri.

Periodus monocolos est oratio constans uno membro habens
Sensum perfectum inclusum tamen duobus sensibus uno
Antecedenti altero consequenti.

Periodus dicolos est oratio constans duobus membris
Et sensu uno antecedente et altero consequente.

Periodus tricolos est oratio habens tria membra et
Sensus duos antecedentes et unum consequentem
Vel e contra.

Periodus tetracolos est oratio habens quatuor
Membra et duos sensus antecedentes et duos
Consequentes vel tres antecedentes et unum
Consequentem vel e contra.

Porro ad rotunditatem et ad materiam suffici-
entem pro periodis juvant plurimū particulae
Correlativa id est quae sibi correspondēt invicem
Aequae ac, si profecto, ita ut, adeo ut, quo eō,
Non solum, sed etiam.

Exempla periodorum

Unimembris sit ex illa sententia: Non per-
sentit prosperitas flevisse humilem.

Caecae ex lacrymis, deploratorum hominum for-
na nunquam vel raro solatia prospiciunt a
Altiore prospectantes specula fortunati lyncei.

103
Na ślepy z ter obmirzłych ludzi optakanych
Fortunę, nigdy albo rzadko kiedy radosny
Wzgląd weselszey miny prospect na wysoko
Eminencyi altane wyniesieni fortunni mają
Ostrowidzowie.

Bimembris periodi ex hac sententia: infantū
Mores educatione formantur.

Tenerior aetas nondum primis imbuta malitia
Seu virtutum lineamentis, adhuc velut rasa.

Tabula in quas primo incurrit imagines, easdem
Ipsa sibi Apelles ipsa Zeuxes ad primigeniam
Ideam de se, efigit.

Jakim kształtem y figurą nie dojrzała młodość po
zna przezornej attendencyi manuokcyi akkomo:
dować będzie taka symetrya y w dalszym wieku
Doskońalszego w progresie inkrement wermie.

Trimembri periodi ex illa sententia: speciosa sunt

101. Crimina, quae in purpura nutriuntur.

Etiam thesitem profesa crimina nulla recti honesti
Linea speciosa, si murice sese pingunt, ita deformitate
sua adumbrant, ut etiam fascino mentis oculorum
Virus virtutis colore honorata specie sese comendant.

Choć nie z pod podła cnoty ale z pienoszych zam
Lineamentow znaczny kryminatow konterfekt
Bpdzie, kiedy szkarbathym kolorem swoje za
farbuie niedoskonatość z naydzie w purpurze
ostimacya, w piękny kolozie gachy.

Quadrimestri ex illa sententia: gloria majorum
Lumen posterorum.

Illam aviti splendoris cenis nobilibus illustres no
minis claritatem posteris concilient, qua praclaris
Propterea indoles non tantum utcumq; serenant
Sed etiam ita in aurora dignitatum purpurascunt
Ut aliquando et diei honorata plenum accipiant
Ten lustr dziesięcizne splendoru starozytnych antena
Rzucają na potomnych sukcesorow, który przeswieca
Imiona nie tylko iakokolwiek oświeca ale im fa

Fortunne zapala zorze w purpurze, ze y w patu: 105
dniu godności w pierwszym elevacyi gradusie, na nay:
wyszym Polu honorow promienie szucaia.

Præter superiorem divisionem Periodorum sunt insuper
Alia, quæ etiam suam denominationem habent Periodi,
Scilicet schinotenes, Periodus pneumatica, Pneuma,
Tasis. Schinotenes est membrum longum in modum
Longi funis extensum, fit ut plurimum, cum colon
Multis incisus constat, exemplum est apud Ciceronem:
Hoc capite quites omnes gentes, nationes, Provincias,
Regna, Decemvirum, Stationi, iudicio, potestatis
Permisa, et condonata esse dico.

Pneumatica periodus est, quæ constat uno vel pluribus
Membris schinotenicis, ut est apud Ciceronem ora:
In Cæcilium. Quas res luxurles, inflagitiis, crude:
litas in suppliciis, avaritia in rapinis, Superbia in
Contumeliis efficere potuisset, eas omnes sese hoc
Uno prætoræ per triennium pertulisse dicebant.

Pneuma est illa periodus quae multa cola et commata simul complectitur, et cuiusq; protenditur, quoad dicentis Spiritus et latere perferre possunt. Exempla passim Occurrunt in Cicrone.

Taxis Latine extensio nihil differt à Pneumate nisi Longitudine, quando enim Pneuma ita longum est, ut Excedat spiritum oratoris, dicitur Taxis, sermo demonstranda Causa magnitudini, et exprimenda magna affectui.

Cum ad plenioram notitiam periodorum plurimum conserat notitia numeri oratori, hic locus esto hujus.

Numero itaq; oratorius è mente Aristotelis et Causi: ni, aliorumq; Rhetoricae magistrorum est quaedam graviter Simul et perite instructa modulatio verborum, ex brevium Longarumq; vocum permixtione conurgens. hic ne

Desideretur numerus in periodis, aliqua diligenter sunt Observanda, Primum: ne ab initio cujuscunq; periodi Conamus quatuor verba paria sibi numero syllabarum Ig: quatuor spondeos vel jambos, vel choreos, vel dactylos, eg: Latium improbus perdidit. Annibal. Idem cavem.

De Periodo

dum est in fine periodi, quoniam etiam et in medio vi:
tandum est idem, et si non ita solite, verba tamen bre:
via longioribus semper sunt permiscenda.

Edum ne periodum claudamus sine carminis hexame:

tri hoc est dactylo et anapesto cum duobus spondeis

Vel jambis, vel choreis, v.g. nulla etas de tuis laudibq

Conticescit. Stum ne in periodo plura monosyllaba

Ponantur penes se. v.g. hic Rex sol est Sarmatia

Atum ne in fine periodi adhibeantur polysyllaba

Voces v.g. in iteheribus, supellectilibus, capitibus.

Stum vitanda sunt frequentes vocalium elisiones

V.g. viro optimo obtemperare. Item concursus vi:

Landus est consonantum v.g. Rex Xerxes. Stum

Ne adjectiva nimis procul rejiciantur a substanti:

vis aut parenthesibus prolixioribus dividantur.

Itumum ut diligentia oratori numeri commendata

Sit auditoribus eloquentia illius enocmium Judici:

um Tullii Lib: 2. de oratoribus pono: ordo et cultus

Verborum junctura, plausum, admirationemq auditori

Efficiunt porro hoc numero deficiente in sulca est et
 Ingrata oratio, ac illud carmen aurea scribis carmina
 Iuli maxime vatium. et illud: o fortunatam natam
 Me consule Romam. Exempla numeri oratorij in exem-
 plis amplificationū passim leguntur.

Punctum Secundum

Modos amplificationum ex locis Rhetoricis explicat.
 Cognita arte periodorum ad usum illarum nobis descen-
 dendum est, hic usus amplificationibus etiam servit, qui
 sunt quasi rudimentum studij Rhetorici. Amplificatio
 Igitur juxta Causinum est orationis anima, est modus
 copiosius dicendi propter animū auditoris ad misericor-
 diam vel iracundiam, vel alios affectus pertrahendum.
 Amplificationum modi tot ferme sunt, quod loci
 Extrinseci, intrinseci, Proprii, et Figuræ, et nec tot,
 Quin plures. Sic tamen cum non vacat enumerari omnes,
 Selligemus aliquos magis usitatos. Primū modus
 Amplificandi est per definitiones conglobatas.
 Definitio autem juxta Ciceronem est oratio, quæ id

Quod definitur, explicat quid sit res v.g. ista oratio Do. ^{109.}
ctrina benedicendi est qua explicat, quid sit Rhetorica.
Amplificatio igitur per definitiones conglobatas erit cum
Coaccivabuntur orationes explicantes naturam rei, ex-
plicantes inquam n̄ Philosophicè, sed Rhetoricè, cum sci-
licet petuntur à locis Rhetoricis v.g. à causis sic San-
ctus Chrysostomus orationum p̄tium definiit crucē
X̄i Domini, crux totius beatitudinis est causa, salutis
Indicium, spes christianorum, Gallorum dux, triumphus
Adversus Demones. Sic Cicero definiit solem. Sol
Dux et moderator luminum reliquorum, et veluti
Mons mundi tantā magnitudine, ut cuncta sua luce
Lustret, et compleat. Secundo explicatur res per
Definitiones petitas à similibus, et dissimilibus, sic
P. Bartochowski in panegyri Joanni xii dicata à
Similibus Cameneum definiit. Podolii martis
Regia, limen securitatis Sarmatiae, humanarum
Virium Syrtis, Antemurale Christianorum. Tertio
Explicatur res per definitiones petitas ab antiteticis,
sic describitur a quodam vita religiosa: Soave

Martyrium, felix miseria, mors vitalis, vita mortifica:
 ta, regnans subjectio, terrestre Caelum, rosa pungens.
Quarto. explicatur res per definitiones petitas à narra-
 tione nominis, sic explicatur Florianus: flos no-
 minis, Florentia virtutum, Chrysostomus: os aureum,
 Pretium suada, aunum eloquentia. Augustinus:
 Augustum oraculum. Quinto explicatur res per defi-
 nitiones petitas ab adjunctis et proprietatibus, sic descri-
 bitur canis: brutum, xagax, cujus fida est custodia, amans
 Domini adulatione, odium in externos, audacia in tre-
 pidos. Formatur insuper definitio à qualitate, quanti-
 tate, actione, passione, tempore, loco, motu, effectis,
 Habitu etc. Exemplum hujus modi inter praeses po-
 nemus.

Secundus modus amplificationum est partium enumeratio,
 Quae est tunc cum scilicet aliquod totum in suas partes
 dividitur seu distribuitur quia tali modo debet fieri: in
 Sententia amplificanda inveniatur vox talis, quae sit
 Totum, seu quae potest servire pluribus rebus, et istius
 Totius debent enumerari partes ita, ut quod dictum est

De toto, dicatur de singulis partibus *vg.*: rit amplificanda hæc ¹²¹¹
Sententia; amant pretiosa latere partes totius scilicet pre:
tiosorum sunt: aurum, gemma, adamantes, murices, etc:
Dicatur ergo id de omnibus partibus, quidquid dicendum
Est in genere, de pretiosis *vg.*: Illa est pretiosorum dos,
Ut æstimari vellent et latere, fungus est, id est exulcerata
Abjectissimus terra fetus, qui facile obrius. Vitis est bacca
Gemmarum quid em sed vacua, sedes ejectionum
Mans, quos Ponto supernat, illud est Erythraei maris
Pretium, quod toto clauditur oceano; ille, Discania felix
Urio, ora, qui à se conspectum toto dividit Neptuneo;
Illa prædicitis æstimanda lana tinctura, quam murex
Toto undarum mergit diluviò, illa æstimanda Parca, à qua
Multi immoti canines accessum prohibent. Non æstimate
Auri venam, qua facile patet, in corde in visceribus
Terre divitem partum terra fovet et ita sinu suo com:
plectitur, ut non facile procreet et in lucem edat.
In accessis rupibus sepsit natura adamantes, ut val:

lari multis prosidis defendit pretiosa, intelligamus. Cor id
 Est pretium vitæ, dos prima³ viventis, medullium præcor-
 didum arcis intima occupat, cerebrum pretiosa omnium
 Talentorum vena medium capitolii obtinuit, ut astimentur, puta-
 men est vilisq. testa, nucis, que extima, medulla id est melior
 Et optima pars³ qua latet; pascua sunt id est brutis astima-
 da rumenta Cereris, que superficiem arista occupant, illud
 Electum granum, quod videri abruit, et nisi compulsum triturâ
 Prodit. Ab imis ad diviniora si elever, adoranda veniunt
 Gratiæ imagines, vel artis appellæ miraculi vel prodigio-
 rum adorandis pretiosa, que multo oculorum in volucro ser-
 vantur. Plebejæ et vulgare illud numen etiam gentilibus qd
 Facite obvium, Isthætor Jupiter capitolinis arcibus defenditur,
 Palladium Trojana tuentur pergama; Apollinem multis
 Delphi occultant cortinis. Sed quid multis opus est suffi-
 ciet dixisse, quidquid publica æquioris judicij sanx astima-
 vit, satere amat. Sic de facto mediocritatem sortis
 Sæ non obscura descripsit Manius apud Salustrium:

Non possum fidei causâ attendere imagines Majorum, me:
 orum, nec deductum ab Heroibus genus ad Deorum stemma
 Replicare, ne ignotas spes, sed ea, quæ nota sunt, dicere potius,
 Quam prædicare. Patriam non obscuram, familiam non
 Penitentiam, domum innocentem, innocentiam non obscuram,
 Frugalitatem sine sordibus, ingenium liberale, animum non
 Illiberalem, victum, vestitum, supellectilem munda non splen:
 dida.

Tertius modus amplificationum est per similia et dissimilia.
 Fit autem amplificatio per similitudines, cum coætervantur.
 Similia proportionem convenientiam aliquam habentia cum
 Re illa, quæ amplificatur. Similitudo autem debet fieri
 Inter res diversas naturas habentes: sic apud Sallustianum
 Stradam de bello Belgico congressus Principum pernicio:
 sos alius stollis assimilat: ex concursu Principum ceu stella:
 rum parum sibi beneficarum facta, aliquando procella mul:
 tis capitibus pertenditur. Sic idem expressit per similitudi:
 nem moneta adulterina hanc sententiam: omnis fabula,
 Partem veri habet: ut adulterina insinceraq; moneta

Semper aliquid auri argentiq^{ue} admistum habet, ita plerumq^{ue} mendacium aliqua portione veri aspersum est, sic Barclavius in Argenide descripsit hominem impersuasibilem, ne quidquam ad cor admisit, quod Ibericò ferrò aut Phario marmore durius, te salutifera monita veluti incus malleum respuebant. Sic vir omnium nobilissimus ex hoc fonte amplificatur: Vidisses virum in republica et censurisses vellet in annulo adamantem, in floribus liliam, in celo Solem, in ferreo saculo Aureum hominem, inter Heroes Principem. oratoribus hic Modus usitatus, sed Poëtis usitatio, sic quidam raritatem Insignem hoc modo descripsit:

Honitâ dum casus, sive ars Phactontide gutta
 Hybleam coneluxit apem, spectacula movit,
 Aut ubi puniceo Phallanceas emicat ore
 Et proceis progressa thoris, celatus in auro
 Divite vel adamas.

Quartus modus amplificationum à contrariis, cum scilicet res contraria coacervantur, orationemq^{ue} suâ oppositione mirè exornant, talis est laus Trajanⁱ. Enituit aliquis

125

In bello sed obsolevit in pace; alium Toga sed non arma
honestarunt, reverentiam ille terrore, alius amorem huma-
nitate captavit, ille quæsitam domi gloriam in publico, hic in
Publico partam domi perdidit, postremo adhuc nemo existit,
Cujus virtutes nullo vitiorum confinio, laderentur, at Principi
nostro quanta concordia, quantusq; consensus omnium laudum
Gloriaq; omnis contigit! nihil severitati ejus hilaritate, nihil
gravitati simplicitate, nihil majestati humanitate detrahit.

Quintus modus amplificationum est ab enumeratione causarum
Antecedentium, Consequentium. Enumeratio causarum fit,
Cum causas seu rationes alicujus rei assignantur: ex hoc
Fonte manavit laus Theodosii à Latino Pacato deducta:
Alios emptæ legionum suffragia, alios vocans aula Regum
Affinitas alios Republicæ imposuere, te nec ambitus,
Hæc occasio, nec propinquitas Principem creaverunt.
Enumeratio antecedentium est cum ea quæ antecedant
rem describendam explicantur. Sic debachantis cujusdã

Speciem et antecedentem ira descripsit quidam: fontes
 Tetricis nubibus induit veluti pallorem induxit, oculos furo-
 ris igne succendit labra tumultantis animi concussit impetu
 Ad tremorem composito horrendum tonare, acriter fulmina:
 re capit, quid tu me convitis laceras aeternum tui generis
 Probum. etc. Enumeratio consequentium est quando explicat
 Illa quae rem ordinariè consequitur describendam, tali qui:
 dam Elogiastes modo laudavit castra petentem Herodem:
 In aciem te generosa mentis urget ardor, ubi scilicet hosti:
 li. sanguine tuorum. Illiadem meritorum perennis memo-
 ria inscribis fastis, ubi extincta majorum nomina, iterum
 In Regni facie et belli incendiis accendas illustrius. Ubi
 Ruenti succuras patriam prostratam gentis erigas glori-
 am, unde non Caesarum spoliis hostium sed parva
 Gloria insignibus redeas meratus.

Otus modus amplificationum est per comparatio-
 nes fit autem comparatio quando una res eandem

167
Habente naturam comparatur sic vq: Equus vulgaris
Cum Bucephalo Alexandri, senex annosus, cum Matusale,
Vir fortis, cum Hectore, Achille Exempli gratia:
Tantus erat dum bellum ageret galeatus Achilles
Tantus dum Danaos ureret Hector erat. Sic apud
Ovidium discipulus ingratus Professor per comparationem
Arguitur: Ut non Chironides Eumolpus in Orphea talis
In Phryga, nec Satyrum, talis Olympus erit premia.
Hec Chiron ab Achille talia caput Triti gerere ferunt,
Non nocuisse numam. Item latinus Pacatus ex hoc
Fonte Theodosii natale solum sic extulit: cedit
Terra Cretensis, parvi Iovis gloriata cunabulis, et
Gemino Delos reptata numinibus et alumno Hercule.
Mobiles Thabae fidem constare nescias, auditis Deum
Dedit Hispania quem videmus.

Imus modus amplificationum est a congerie rationum
Quando scilicet, multae alicujus rationes facti assi:

gnantur. ex hoc fonte deducta laus felicitis memori:
 a Joannis tertii Poloniarum Regis quo duce. in
 Sylvis Niedoboriensibus ad Camenecum casa sunt
 Duo millia Turcarum et curruum mille acceptum:
 Præter confixa ramis suis Thracum alios capita. fructus
 Bedignantur. Setas in sylvis hoc est in cubili suo
 Tot ferè perierunt, non procul ab arborum cæde ster:
 ni debuit, qui tam diu aluit belli pacem, ad lustra
 Ferarum decertarunt tot scelerum monstra, quæ vix
 Capi poterant extra sylvas non poterat ignobiliori
 Fato Biston occumbere, quam inter fungos, nec tur:
 pius stangi, quam inter fraga, non uno ævo tam
 Nobilem prædam expectare. debuit, æque hostium ac
 Ferarum Princeps venator. aurea quondam Cinea
 Virga Bistonibus tota Sylva illa præluxit ad infe:
 ros.

Suius modus amplificationum per allegoriam

Allegoria autem est quando aliud verbis aliud sen:¹¹⁹
su dicitur seu exponitur sententia per voces translatas

Plures ab eadem re petitas hæc allegoria debet in:
fundari similitudini aliquam proportionem conveni:
entiam habenti cum re illa cui applicantur voces
Translatæ, debent autem vitari in allegorica ampli:
ficatione. imò obscuritas quæ tunc fit cum non miscen:
tur verba propria translatis. Quæ voces translatis

Minus pertinentes ad rem quamvis similitudini sunt
Propria. Allegoria alia est plana seu simplex
Alia erudita. simplex est cum sensus aliquis offert
Per voces translatas nullâ factâ similitudine ab eruditio:
ne aliqua et hæc allegoria metaphora innuitur Pas:
sing dicitur continuata metaphora.

Allegoria erudita est quæ infundatur alicui eruditio:
Et dicitur antonomasia continuata exemplum simplicis

Est in illo sensu Patris Kwiatkiewicz quo descripsit musicum
 Tortorem gregis: o chilaris carnifex qui greges in cythara equos
 leo mortuos torquet et inter tormenta canere jubet. Simili
 Allegoriâ passim abundant omnes panegyres sic in illa cui
 Titulus est alti soles passus describitur benevolentia cuiusdam
 Liberalis in miseros: Cæca ex lacrymis fortuna populorum
 Prospiciebas solatia, et spe quoq; aburgenti dejectas injurias
 Ad aequiora fata erigebas hoc fuit gemitus afflictos in cide
 re quod concha illabi ut plorantis populi quasi aurora luctus
 Gemmescerent hoc oculis tuis exhiberi madidas planctu pa
 ginas quod radius proponi meridianis ut siccaentur dextrâ
 Levasti supplices de injuria jussisti ut mæstarum frontium
 Iris decolor arcus esse fluvius desineret fieret risus lati
 Sui. Jam exemplum allegoriæ erudite ibidem inuenies
 Ubi laus à generis magnitudine et aptitudine ad honores
 Summos cuiusdam familia sic deducitur: Hic omnes stirpis
 Magnitudine altissimi, quædam sunt Jovis arculus, cujus
 Singulari rami ad honorem insignia, et pretiò in dotibus

Estimatissimi aurum videntur Delphicum in solas Deorum
Imagines fundi solitum.

Genus modus amplificationum ab adjunctis, adjuncta autem
Sunt ea quae cum re sunt conjuncta quam cogitamus descri-
bere illa quae ut plurimum sunt Quantitas per quam explicat
Quanta res sit magna an parva lata an profunda etc.
Qualitas per quam explicatur sit ne decora an deformis
Alba an nigra flava an rubea. Tempus quod scilicet
Exponit sit ne res diuturna an non eterna an non. Locus
Quo scilicet exponitur quem et quantum locum occupat
Res Situs quo enarratur positio rei. Motus quo expri-
mitur agilitas vel tarditas in movendo. Passiones per
Quas explicatur sit ne res ire, doloris, invidia obnoxia.
Colloquia quod adjunctum enarrat sit ne res sermocinativa.
Habeat ne sonorem an raucam vocem. ex hoc fonte Ema-
nuel thesaurus descripsit pigmeum: Quantitas Pigmeo

Quem vides imo quem non vides pusio est homo suo nomi-
ne brevior verius Fragmentum hominis in fasis per fene-
stram radiis grandiores involant minutia, propius inspi-
ce nec artus numerabis nec membra, pes est ubi caput
Ubi incipit ibi desinit, hunc si alloqueris anhelitum pre-
me distetur si corruat nec laedi nec laedere potest adeo
Nec fuscus sit nescio tantilla sententia, ne sit color haere:
re. Sonus. Miram tanta res vocem edit ac sonitum nec
Turnis cunicibus similem quos audis non vides. Pusio.
Iratum caveo scintilla est pusilla sed ardens, synapsis
Granum parvum sed pravum sunt qui ridiculam Epopi-
ci montis vocent futuram sed pusioni comparatus
Mus mons est. Tempus. quam negat aetatem nescio
Seculum Hestoreum credo facile transiet. morti
Inobservatus quae cortius in summa collimat si tamen

123
Siris calculis suspendium pusioni decernas arachne

Carnifex erit laqueus filum. Locus de Domicilio quaeritas illi nimis exemplum theatrum foret limacis cochlea in cochleari sic naufragabitur ut in Oceano in frumenti gluma pila ludet per acicula forulum triumphum

Aget. Quid ultra de modico? hunc alii Balista signum

Auriculare unguiculum appellant sed superba haec omnia, alii arenam scrupulum acicula caput publicis

Pupillam sed nimis adhuc adulatorie plus dicunt

Qui minus dicunt bonae literulae apicem vocant alii

Brevem Poetarum syllabam sed nondum rem adhuc


Tetigi, vis doceam quid sit parvus homo magnum Malum.

Idem modus amplificationum est per Prothasim

Et Apodosim. Prothasis dicitur id cui alterum applicatur sive id a quo aliud tanquam contrarium remo-

74
vetur. in Prothasi ponitur eruditio aliqua vel symbo-
lum vel sensus communis ut non primo intuitur appli-
catis auditori innotescat. Apodosis autem idem
Est quod applicatio seu id quod applicat et debet
Esse accomodata Prothasi, illa autem apodoses sunt
Optimae quae abundant translatis vocibus petitis à re
Quae in prothasi continetur.

Exempla hujus modi erunt infra ubi agemus de orati-
onibus gratulatoriis Natalium Christi resurrectionis
Ejus dignitatum etc:

Unus modus amplificationum per thesim et hy-
pothesim. Thesis est questio universalis multas
Sub re continens particulares. Jam hypothesis
Est questio particularis contenta sub universali
Thesi ad quam descendendum est ab illa universa-
li. Amplificatio igitur erit hujus 

128
Ab universali quaestione procedet oratio ad par-
ticularem controversiam. Exempla modi huius
Inter praxes erunt sunt et alii satis multi amplifi-
cationum modi qui hic recensendi essent quales sunt
Per mutationem casuum, temporum, modorum, gradu-
um item modus petitus ab utili honesto delectabili
Amore odio etc: sed hic usu ipso possunt percipi et
oretenus explicabuntur vel jam sunt explicati hinc
Illis omisiss ad alios proponamus.

2^{us} mus modus est per figuras figurae autem grae-
ce schemata sunt quidam decor et exornatio oratio-
nis quae quandam dignitatem et majestatem styli
Audient. Haec quod duplex sunt, quod una quae
Ornamentum orationi adfert abunde praecipit. So-
arii innuunt nos sic nonnulla exempla inseremus.
Per interrogationem sic eloquentia comendatur

Trajani à Plinio: quae illas gravitas sententiarum?
 Quam in affectata verborum veritas quae a severatio in
 Voce & quae affirmatio in vultu quanta in oculis habi-
 tu gestu toto denique corpore fides.

Per eandem figuram sic calamitas nobilitatis describitur.
 Quid ego referam vacuatas municibus suis civitates
 Impletas fugitivis nobilibus solitudines quid publicatas
 Procerum fortunas capita diminuta vitam aere
 Laxatam. Per eandem figuram mors aju-
 dam adolescentis magnae spei et familiae vernaculæ
 Describitur:

Cóż kiedy to jeszcze ledwie rozwiniony uwiecone
 Kwiat, ktorego wonnosć wszystkiego winiarza za-
 brzycać miasta florencya? cóż kiedy jeszcze
 Podczas powierzchni nie iako wichrow y ruin
 Pospolitych ledwie ugruntowany w domu zaenym
 U Padnie filar? na którym niemal cała wszystkie

Fortun polegać miała fabryka? coż kiedy nadwątło:
ney strokanego Państwa galerze a co większa blisko:
ści iadawitey Scyllę szwankuie Pallinur iaki, za
Ktorego rostronym w radzie sterowaniem z osta:
tniey toni wybrnąć miała kiedy w Troi dziesięcioletnią
Imprezą narazonym w kwitnącym ieszcze wieku polp:
ze Hektor, za ktorego nie tylko waleczną na charcach
y wstępnym boiu dzielnością, ale y czuta, na murach
Strażę wpoymod potęgi nieprzyjacielskiej y szturmom
Gwałtownych salwować się do końca miała, o iuz
Tam żadne inhibicye rady przyjacielskiej wstry:
tu do żalu nie uczuia.

Per distributionis figuram etiam recta est amplificatio de
Qua superius aliquid inuimus, huc insuper exemplum
Per quod vinculi militaris (vulgo Rokosz) dicti in con:
uenientia describuntur: Quae tunc illa fuit rerum
Facies quam visu feda quam animo execrabilis,

Diminuit principis venatio: circumscripta majestas, part.
 habita senatus auctoritas, oppressa nobilitatis prerogativa,
 Ejurata ducum obedientia, quodq; his multo acerbius spreta
 Religio, vexata sacerdotia, occupata ecclesiarum fortuna
 Directe facultates res familiaris perfundata fugati agri:
 Stes Polonia dissipata taceo incepsa Regalia exhaustis
 Economias adempta portoria.

Repetitio est qua dictum fortiori animadversione imprimat
 Ab una voce cum plura incipiunt commata: Sic in

Funerari Panegyri Vladislai 4^{ti} laudem deduxit orator:

Concurrente undiq; orbati cives concurrente patri patria
 Parentamus Vladislao 4^{to} heus quantum in hoc vocabulo
 Orbitatis, uno omnia funeramus in tumultu vitam Patrie
 Gloriam procerum populorum tutelam Vladislao hono:
 ri civium, terrori hostium Regni vindici, Vladislao pa:
 cificatori patrie, legum animae, regum Doct.

Subjectio est cum orator se ipsum interrogat sibiq;
 Respondet sic dux insignis describitur: quantum est

Extinctam refovisse militiam & refovit, exan:
 grem exanimem animasse animavit, antiqui
 Instituti legibus adstrinxisset & adstrinxit, mores
 Alias alias sensus naturam propè aliam stipen:
 diarij induxisset & induxit.

Compar est cum orationis membra, fere aequali
 Numero syllabarum constant; sic describitur per:
 fidia: postquam se promovendi imperij prodicere
 Artes cecinere per juna, clasicum signa, auda:
 cia extulit erupere, repente acies pugnatur
 Senig non virtute, sed fraudibus, non armis sed
 Mendacijs non hominibus sed temporibus.

Anthithesis est cum contraposta coacervantur,
 sic ars vincendi describitur: miram quidem venim:
 tamen omnis vincendi artem suggero: adora, numen
 Ut adorem corrigat, ut caput attollas supplex
 Prostrernere, jejuni mittantur in pugnam milites
 Ut avidius consumantur hostes, ut pingvior sit
 Victoria, dapes subtrahite, atterite vires, exadeo
 Ut conteratur rebellis, parcius edisete, ut edatis

Stragem, exardescite dolore, ut belli incendium
 Extingratis ut erecti stetit Caelo vas inflectite etc.
 Hypotyposis est descriptio alicujus ad vivum ut
 Cernit potius res quam audiri videatur: talis est
 Descriptio famis repellentium à Patre Petriot:
 Accedebat ultima fames telum quo nullum est
 In bello crudelius quia simul ignave et atrociter
 Perijt, Jam commeatus erat omnis absumptus
 Herbarum fibris solati erant in edea, radices in
 Hortis mures in ancriis canum, quorumq; morticina,
 Defecerunt in stabulis trixum elixilimq; jure atro:
 chonium et maceratas ocreas devoraverant Lethales
 Venenorum succos in cibum verterant in deliciis
 Cicuta erat, aurò toxica vendebantur citra pretium,
 Quod erat quod citra horrorem dici non potest diffici:
 tius erat vivere quam perire et in funesto illo vita mortisq;
 Confinitio nec vivere licebat, nec mori, nihil tam præsens
 Quam fatum nil tam remotum quam fatum, longa
 labe longiora, crimina mulctabantur, vitali trahentur
 Ambage malorum et multiplicatis funeribus, multiplicabat
 Lænia. Mors deniq; cum vita consenserat reptabant
 In compitis homines, strigosi macilenti capulares sine

131
Carne pelles exsangvia silicernia tenues umbræ imitationes
Virorum pallida mortis exordia inanes corporum folles
Ossium male congesta compago, continuati ossibus nervi vacui
Ventres et quærule, viri non viri, sed ferales hominum
Larva.

Demonstratio seu ostensio constans vocibus en ecce, vide,
Audi, & similes, sic quidam inscripsit sepulchro: Specta:
te posteri sic eritis

Narratio per quam narrat orator rem aliquam, sic Thesau:
rus de Alexandro magno sepulto. Magna narro viator
Exiguus hic cinis magnus est Alexander, sat mihi debes
Abi.

Reticentia, in qua aliquid taceri significatur talis est
Inscriptio sepulchri attila Hunnorum Regis, hic
jacet attila Numinum flagellum tu nocti reliqua
Huc spectat illa inscriptio ridicula mordax: Hic
jacet Petrus Vallerinus cujus virtutes brevitatis causa
Taceo.

Præteritio est quando orator se dicit aliquid omittere,
Nihilominus id ipsum dicit, sic describitur cujusdam
